



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

2386/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

DE MIRABI
BVS VITÆ HVMANÆ NA
ralia fundamenta Incipiunt.



LIPPIENTIBVS LVX INI
MICA EST.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

D. xiii
16/f

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

BEATISSIMO AC SANCTISSIMO PAVLO.III. PONTIFICI MAXIMO, Angelus fortius naturæ Inuestigator fœlicitatem cupit, Venetiis die Vigesimo Octauo mẽsis Augusti. M.D.XXXXIII.

46872

HOmo, ut mihi uidetur, Beatissime
ac Sãctissime Põtifex Paule, Inter
mundi creaturas dignissima est,
qm̃ omnia quæ In mundo sunt,
uirtute sua, ad usũ uitæ ducit, qua
propter, Sĩguli homines, si propri
as uires, benefice, interse exercerent, amice, pla-
cide, & tranquille, quæcunq; bona sunt, una pos-
siderent, Incommodaq; nulla forent, Sed cuncti
fœlices euaderent, exquo humana præstantia, In
ter præstantes in natura, sola eminet, Ignorantia
tamen ueri, mentes hominum adeo acriter in ua
sit, deprauauit, & in malitiam uertit, quod nil, nisi
Inuidiose, & malefice, miserabiles, tractant, qua-
re, incommoda & mala, undiq; pullulant, calami
tates, passim influunt, & infœlicitas, generi hu-
mano dominata est, quod si prĩcipũ timor, horũ
facta, non moderaret, sediciose, turbulẽte, & po
pulariter, procederent, Indeq; erumnosi, In se
ipsos, corruptionem agerẽt, & miserabiliter, uitæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

terminum darent, Ideo principes porbem terrarum, dei uices gerũt, & ut dii, Inter homines, fausti, uenerandi sunt, præstantissimis. n. legibus, maleficos frenant, bonos tuentur, & populum seruant. quod si ueri cognitionem haberent, homines tunc se ipsos esse cognoscerẽt, q̃re ea quæ humana natura potest, & quod ei imposibile est, apte discernerent, & quod unicuiq; conuenit, comprehenderẽt, quapropter deum omnium bonorum causam timerent, diuinaq;, auguste, & sacte colerent, Principes, dei uicarios, fauste, uenerarẽtur, amiceq;, placide, & tranquille, simul uiuerẽt exquo fœlicitatem in medio continerent. Hæc ego minutatim in animo reuoluens, hunc libellum cõposui, Inquo humana natura, tota, aperta luce apparet, uniuersas qm̃ corporis particulas demonstrat, qua etiam lege, e cibo, & potu, recreantur, apit, quidue boni, aut mali, siue ab intra, siue ab extra eueniat, eius causam patefacit, quantam ue potestatem humana industria usurpat, cũ qua, bona accrescere, & mala temperare audet, uitamq; ad perfetionem ducere designat, reliquarum etiam naturas non despicit. Scientiarum insuper secretarum, & mirabilium artium, fundamẽta insinuat, iccirco de mirabilibus uitæ humanæ naturalia fundamenta incipiunt, huius libelli titulus est, Inquo claris cum rationibus, & mani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

festis cum expimentis, omnia digesta sunt, propterea quod nulla authorum fides, Inhoc, mihi consona uisa est, cum usq; in hunc diem, Inquo hæc absoluo, aliqua scripturarum, e tot seculis trãscursis, quæ ad nos peruenit, de hac re, tam mirabili, & hominibus opportuna, ueritatem continere, nõ inueni. Sed uanas opiniones, uariatis modis, ut mihi uidetur, solennes authores promulgarunt. In deo Itaq; solo confisus, & ad ppetuas, & inuariabiles, mundi leges, animaduertens, cum opinionibus, graues, & intollerabiles insolentias naturæ inferentibus, In acerrimũ certamẽ, & ad terribiles animi contentiones, me contuli. Ingressuq; primo, scientiam de natura humana, In tenebris oppressam, & in cœno uolitare deprehẽdi, quam, quo potui melius, ad lucem extraxi, ac expurgaui, tuæq; sanctitati, quæ eterni dei, uices gerit, libandã esse, decreui Nam si cum immortali sapientia tua, cũ qua, mũdũ ita mirifice gubernas ingenii mei labores, Iudicati fuerint, immortali æuo certe pmanebũt, ꝙ Si cũ illo magnifico afflatu etiã, ut solet cũ aliis, sãctitas tua, uires meas reficiet, eo ꝙ ĩ calamitosis incẽdiis, miserãdæ Corcyræ, a turcis, cõsumptæ fuere, cõstanti, & alacri mẽte, ad maiora, quæ anim⁹ cõcipit, uia facilis mihi erit, q̃propter, o, mũdi sapiẽtissime moderator & spes tutissima Sapiẽtũ, cũ tali animo, q̃lẽ, ipse de⁹ nũc afflabit, hũc libellũ accipe digneris, uale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

Totius operis Index.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

DE CORPORE HVMANO & eius motore, cum propriis, particulis, caput. I



Vicunq; calorem naturalẽ, humanarum operationum opificem esse excogitarũt, nõ secundum naturam, ut mihi uidetur, loquti fuere, sed ad uulgarẽ sensum, populares uanitates protulerunt, quoniam, ut magistra rerum experientia probat, motus calorem generat, ideo ubi motus est, ibi calorẽ esse conuenit. At corpus humanum, ut sensibus apparet, propriis in receptaculis, pulsantẽ sanguinẽ, Inclusũ cõtinet, qui cœlitum cõuenientia ductus, eleuatione & depressione sua, quæcunq; in homine sunt, perficit, & peruitæ terminos ducit, Sed corpus humanũ, unum quid est, e multis arboribus extensis, uicissimq; implicatis, costitutus, quod pulsantis sanguinis opera, uitam, sensus, & motũ cum discursu, possidet. Vnaquæq; tamen arbos, radices habet quibus cibalem succum haurit, & proprium humorem generat. Et truncum sustinet, ubi haustum humorem, ex omniparte cõcurrit. Fructiferos etiam ramos extendit, p quos

alimentum e trunco ascendens, ad fructus, distributus peruenit. Ex quo, radices in corpore humano, neruorum uilli sunt, arteriarum, uenarum, & similium, eoquod ab oris regione, a uentriculo, ab intestinis, & ab aliis membris, cibalem succum trahunt, ꝓprium q; humoré inde generant. parili quoq; ratione, trunci sunt, ubi cibalis cumuli haustus succus, undiq; laterũ concurrit, & rami inde emergũt. q̃re fructus in corpore humano, illa mẽbra esse apparẽt, quæ in racematis extremitatibus exilium ramulorum e succo ascendente formata sunt, quapropter neruorum radiculæ, que ab oris regione, cibalem succum trahunt, quemadmodum, simplicium partium, membratim diuisio, indicat, illi villi sunt, qui simul congregati, neruorum paria componunt, quæ in cerebri prora ad truncum scilicet terminant, Vnde fructifici rami emergunt, in quorum extremitatibus, oculos procreant, & in naribus, papillata appẽdicula ad odorationé generãt, Cuius alimẽti affluẽtia, ꝑ oculorũ lacrimas, ꝑ muccosã pituitã narium, & ꝑ palatũ ex pellitur. Reliq; auté neruorũ radiculæ que in uentriculo, in intestinis, & in aliis particulis, terminant, cibalé succũ inde trahunt qui, ꝑ neruorum paria ductus, ad spinæ medullam, ad truncum scilicet tendit, Spinalis uero medulla, eoquod ab occipitis foramine, in olla capitis in

greditur, Vnde postea egredi non potest, necessa rio ibi cumulatur, & cerebrum format, e quo, fructiferi rami, exeunt, q, ad aures, auditũ condũt cuius alimenti affluentia, & p aures, in sordes con mutata, exit, & per gutturis regionem, in pituitã densam uersa, descendit & expellitur, Arteriarũ quoq; radiculæ, ab oris regione, a uentriculo, & ab intestinis, uicatim extense, cibalem succũ tra- hunt, quem in pulsantem sanguinem uertunt, indeq; passim procedentes conueniunt, quare or dinatim augescunt, quousq; magnos truncos cõ stituunt, quorum ramuli, cum ramulis uenarum uariatis modis complicati, casulam, & cor, texũt- Vnde postea radiculæ, & trunci, emergunt, qui in ramos, & ramulos, diuisi, ualidam septi mem- branam, quam, transuersum septum dicunt, & pulmones, formant, reliqui autẽ similiter distri buti, pertotum corpus diffusi, serpunt, & uitalẽ auram impartiunt, quare, pulmones, eleuatione & depressione, cor, mouent, & reliquas arte rias urgẽt, quæ, pariter, continuum motum inmẽ bris exercent. Hac itaq; eleuatione & depressiõe, ut mihi uidetur, cibalis cumuli succus, extrahitur Exquo fæx formatur, & expellitur, urina ex primitur, muccosa pituitas, & concreta, descen- dit, humores generantur, particulæ reficiuntur, redundans materia expellitur, uitalia flamina ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

esse ueniunt,ũde spiritus animalis originẽ ducit, operationes usum faciũt,& harum læsiones,nocumenta,uel ægritudines,accedunt,& recedunt. Venarum,etiam radiculæ,ab oris regione,a uentriculo,& ab intestinis,incipiunt, cibalemq; succum inde trahunt,& ignauũ sanguinem formãt quæ uicatim extensæ, passim se coniungunt, & maiores fiunt, quousq; in iecoris concauo, una cõueniũt,& truncũ,quẽ portã dicũt, cõstituunt, cuius tenuissimi ramuli racemati, una cum radiculis arteriarum irretiti,& implicati, Iecur, condunt,unde radiculæ postea surgunt,quæ uicatim se coniungunt,passim itaq; procedentes, semper maiores euadunt,donec vna factæ, magnũ uenæ truncum, Ingibbo,producunt,qui,inramos, & ramulos,diuisus,sanguineq; onustus,cũ arteriis, pariter se diffundit, quare,in membris serpit, & pulsanti sanguini,subsidium fert,cuius racemosæ extremitates,renum,& carnis essentiam,componunt. Fellificinarum quoq; radiculæ,e uentriculi fundo,a ieiuno,& a gracili,cibalem soccum trahunt,indeq; fel generãt,quæ uicatim coniunctæ,passim,maiores fiunt,indextram semper procedentes,quousq; una factæ,in iecoris concauo, truncum formant, In cuius extremo, folliculũ texunt,inquo,fel seruatur,& magis accenditur, vnde acutum omne,quod cum humoribus in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

corpore feruet, pungit, irritat, & ſtimulat, aut e croceato, vľ uiridi, partes, maculat, receptaculorum depreſſione, per has radiculas effunditur, cũ cibaliq; cumulo ĩmiſcetur, & ĩ particulis poſtea, ſimul cõcurrit. Atræ ficinæ etiã radiculæ, e ſupna ragione uentriculi extenſæ, cibalem ſuccum ad ſe alliciunt, quem inatrum humorem uertunt, quæ, quoniam uicatim coniunguntur, & ad leuã tẽdunt, ſemp maiores fiunt, donec una factæ, truncum conſtituunt, e quo fructifici rami ſurgunt, qui poſtea racemati, arteriarum beneficio, quæ, eleuatione & depreſſione, continuum motum impartiunt, lienem condunt, unde, acetoſũ omne, tenebroſum, & maleficum, quod cum humoribus curſat, turbat, & terret, turgentibus his radiculis, receptaculorum depreſſione, effunditur, cũ cibaliq; cumulo immiſcetur, & in particulis una poſtea ducitur, quas alterat, & inficit. Vt igitur apparet, harum arborum, uiciſſim, plexæ partes, humanũ corpus, mirifice componũt, mirificamq; authoris poteſtatem, ſolertiam, & curam, præſe ferunt. Qua tamẽ lege, cibalem ſuccum hauriunt, uariatisq; modis, per differentes apparatus, illum poſtea uariant, ut numinũ moderator mihi aſſlabit, ordinatim aperiam.

Quo apparãtu, pulſantis ſanguinis opera, cũ Sole conuenit, caput. 2

SOl, generationis pater, & mundi, perpetuus moderator, Scientiarumq; , & artium, uerus author, quatuor cœli plagas, preualære, aperte, nobis inſinuat, reliq; uero, multo inferiores eſſe, indeq; uires aſſumere, experientia approbante, ſpeculantibus indicat, propterea quod cum in ortu eſt, tenebras expellit, & diem facit. in occaſu uero cum immergitur, lucem occultat, &, noctem inducit. cum autem ſupra medium regionis percurrit, undiq; laterum, & expedite, lumẽ ſuũ diffundit. in oppoſito deniq;, cum attingit, lucẽ ſuam, penitus, abſcondit, ex quo, anguli recti, inter alios angulos, maieſtatem uſurpant, quare, ex acceſſu ad illos, & e receſſu ab illis, uires, & calores, per orbem terrarũ, ſolares radii, influunt. Anni præterea circulum, ĩ quo, omnis generatio fit, ſimili ratione, in quatuor ualidas partes, diſtinguit. quare pulſans ſanguis qui propriis ĩ receptaculis mouetur, e conſimili proceſſu, ſolaris imperii, uices gerit, agitatione etenim continua, in quatuor ualidas plagas, maieſtatem ſuam, Impartit, nam, ſicut ſol ab ortu percurrens, ad medium regionis accedit, & ſurſum trahit, ita pulſans ſanguis, una cum receptaculis ſurſum ſe eleuat, & a tergo, ut ab ortu, ſe dirigit, & haurit, deorſum

postea, cum se deprimit, ut sol ad cœli imum, per occidentis plagam descendit, & ante se impellit. per spiramenta uero reliqua eoquod non ita potenter agit, leni opera, trahit, & urget. Exquo, ut sol in orbe suo, per quatuor plagas, omnem generationem dirigit, ita pulsans sanguis, receptaculorum eleuatione & depressione, quæcunq; incorpore fiunt, inquatuor absoluit,

De receptaculis, & spiramentis, caput. 3

VT magistra rerum experientia docet, locorũ dissimilitudo p orbem terrarũ, solis effectus, passim, differe compellit, parili ratione, Incorpore humano, locorum uarietas, pulsantis sanguinis opera, uariat. pulsans quoniam sanguis, inlocis amplissimis, undiq;, fuse, & late, una cõcurrit, ubi robore copiarum, fortiter, imperiũ exercet. in angustissimis autem receptaculis, eoquod pulsans sanguis, cum penuria inuenitur, diminutam potestatem, ibi, uersare oportet, in intermediis uero, mediocriter se habet. Rectitudo praterea, & obliquitas, necessario, uarietatem affert, in receptaculis quoniam directis, pulsans sanguis, prõtus, & expeditus, accedit & recedit, semper, At in obliquis, quoniam receptaculorum anfractus, pulsantis sanguinis uiolentiam, obuiant, resistũt, & aduersantur, exquo, pulsans sanguis, flectitur, torquetur, & obtũditur, diminutam igitur potestaté,

ftaté,ibi exercere,conuenit Hoc ipſum,de ignaui
uo ſanguine,ratio,monet. Et quoniam ,ut appa-
ret,radiculæ & ramuli , quanto plus , ad truncos
accedunt,tanto maiores,euadunt , cum itaqꝫ trũ
cum condunt,harum partes,radicularum , & ra
mulorum particulas,longe,ſuperant , iccirco uil
li extenſi,qui a radiculis incipiunt , & ad ramulo-
rum extremitates terminant, parili ratione , pro-
cedunt. Extremorum igitur uillorum particulæ,
reliquas,minoritate,excellunt,quare, ſpiraméta,
eo quod e uillorum textura,formantur, iuſta ho-
rum apparatum,ut ſint,conuenit, ultima itaqꝫ ſpi
raméta,arctiſſima eſſe,oportet,de interſtitiis etiã,
inter cõcauum,& conuexum tunicæ,contentis,
eadem ratio eſt,quoniam , quanto maiora recep
tacula ſunt , tanto , dimenſio quæ a concauo ad
conuexum eſt,maioritatem habet Et quanto mi
nora fuerint,tanto,dimenſio, minoritatem ſuſti-
net. Eadé quoqꝫ lege. Receptacula , magis dura,
uel minus firma euadunt, At magis dura,ad eleua
tionem,& depreſſionem,minus apta ſunt. Mi-
nus uero firma,ad eleuationem,& depreſſionem
cum maiori aptitudine concurrunt. Receptacu-
lorum deniqꝫ ſpiramenta,ex quo,quanto plus ab
intra recedunt,táto magis præſſa,& anguſta fiũt,
Et quanto plus,ad intra, accedunt , tanto magis,
dilatantur,rerum ingreſſum,facilius,quam egreſ

C

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

ſum, parant. Quare, ſi ĩ una tunica fuerint, ea quæ ĩgredere, uel egredere, habẽt. Sĩpliciter ꝓcedũt. Si quidem in duplici tunica concurrunt, ea quæ immergi, uel emergere debent, uarietatem ſuſtinent, nam, intrinſeca tunica, latiora ſpiramenta poſſidet, eoquod, ad intra, plus accedunt, in extrĩſeca uero, magis anguſta ſunt, quoniam, ab intra, plus recedunt. Intrinſecæ itaq; tunicæ ſpiramẽta, pulſantis ſanguinis, uiolentiam quam obuiant, frangunt, q̃re, extrinſecæ, fractã poteſtatẽ, quã ab intra recipiunt, ſtringunt, cõprimũt, & retinẽt.

Quo apparatu, cibus, & potus, cibaliſq; cumulus, cum operibus lunæ conſonat, caput. 4

SOlis aſſecla luna, quoniam, uniuerſæ generationis, mater eſt, & operoſa nutrix, nam, uires undiq;, ad ſe rapit, & concipit, communiaq; alimenta, generatis, parat, cœlitum ſedes, aliquãdo, facile, diſcurrit, nonunquam, cum difficultate proſequitur, interdum, temperate, per has incedit, rerum alimoniam, cum tali conuenientia, neceſſario, exercet. Cum uero lumina ſtellarum, cum luce ſua miſcet, beneficam, uel maleficam poteſtatem colligit, & influit, euentaq; inrebus, parili ratione inducit, quapropter, cibus & pot⁹ exquo, ĩcorpore humão, lunæ uices gerit, ſuapte natura, aliquando, facile, in membris peruenit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

non unquam, cumdifficultate, distribuitur, & interdum, per particulas, moderate labitur. Mandibularum præterea eleuatione, & depressione, quemadmodũ, luna, cũ stellis, cõmiscetur, ita, uariatis modis, cũ saliua, cibus & potus, cóponitur, fermẽtatꝰ, & in cumulum uertitur. Cuius succus, cum per differentes ductus trahitur, uarias, & differentes impressiones, necessario acquirit, unde, humorum differentia euenit, particulæ alimoniã assumunt, & spiritus, procreationem consequuntur, quam, bonam, uel malam, aut temperatam esse, oportet.

De alimenti apparatu, & cibalis succi, in membris processu, caput. 5

Alimentum, cum primum manditur, mandibularum eleuatione, & depressione, dentibus frangitur, cum saliuaq; commiscetur, & mollitur, gutturis postea motu, paulatim, ad uentriculum descendit, inquo, beneficio eius quod bibitur, magis liquescit, temperatur, & in cumulũ deuenit. At saliua, ut tangentibus apparet, subtilis, & glutinosa est, leuis etiam, quoniam, in superficie aquæ posita, natat, cibali igitur cumulo immista, quas tangit particulas, una glutinat, subtilitateq; penetrantes facit, & cum leuitate sua, agiles & undiq; tractabiles constituit. Cibalis itaq; aceruus, tali ratióe paratus, receptaculorum ele

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

uatione, & depreſſione, continua, ex omni parte facile trahitur, & eleuatur, receptaculorũ igitur nullo, materia undiq; agitata, in medio, reſiſtere conuenit, ex quo feruefcit, bullit, & magis fermẽtatur. Hinc quod tenuiſſimum eſt, per anguſtiſſimas radiculas, in uentriculi texturam penetrat, donec replete partes, intus & extra tumeſcunt, quare, grauedine præſſæ, anguſtæ partes, obtunduntur, iccirco ſorbillare remittunt, inferioris tunc regionis, pulſantis ſanguinis receptacula, eleuationis motu, nullo repugnante, ad duodenũ inteſtinum, minutatim, cibalem cumulum deſcendere cogunt, in quo, circũdantes radiculæ, ſubtiliores particulas quas attingere poſſunt, ad ſe alliciunt, uicatimq; poſtea, de proximo, ad proximũ, ſimili ratione penetrant, quouſq; tumefactæ anguſte partes, parili ordine obtundũtur, quapropter, alimenti fluens materia, nullo retinente, deſcendit, hinc de inteſtino, ad inteſtinum, trahitur, ordinatimq; ſorbetur, diſſipatur, & extenuatur, quatenus ad rectum inteſtinum deuenit, quem ſtimulat, & ſic expellitur. tali ordine, ut mihi uidetur. nutrimentu apparatus, cum abore, In uentriculum & in inteſtinis deſcendit, per radiculas & radicularum interualla, ad truncos ducitur, ac de membro ad membrum geritur, quoad ultimam ſuperficiem ductus, egreditur, & nutrire

desinit. qui quidem alimenti processus, eoquod, de particula, in particulam, semper ultra geritur & uarietatem acquirit, digestio nominatur, de digestione igitur sermonem in medium ducere, satis consonum mihi nunc apparet.

De digestione, caput. 6

DIgestio, ut apparet, est alimenti In membris distributio, uel impartitio, quæ particulis. alimoniam præbet, quæ, quoniam aliquando facile perficitur, interdum cum difficultate absoluitur, & nonunquam, mediocritatem sustinet, digestionis species, tres esse, oportet.

De facili digestione. caput. 7

FAcilis igitur digestio, est illa, in qua, cibalis cumuli succus, facili opera, in membris peruenit, quæ, si cum potenti motore, & uia expedita, fuerit, in cibo, & potu facili, deprehenditur. Facilis uero cibus, & potus, est, qui, seccum facilitatis causam ducit. Nam, tenuis cibus, & potus, permeatus, cum facilitate labitur. Leuis item eoquod, facile, se aleuari permittit, faciliq; opera, In particulis accedit. Rarus quoq; & facile separabilis, quoniam facile dissipatur, facile, in particulis peruenit. Acer præterea, ex quo, expedite alimenta penetrare facit, expedite etiam in mēbris duci, sepermittit. Et qui aperiendi uim habet, angustos meatus dilatat, quare, facile, uiā sibi parat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

Demum qui ſpirituũ copiam poſſidet, facile mo uendi, inſe, commoditatem ducit, facile igitur in membris tranſit.

De difficili digeſtione, caput. 8

DIfficilis quoq; digeſtio, eſt illa, in qua, cibalis cumuli ſuccus, difficili opera, in membris trahitur, quæ, ſi cum potenti motore, & uia expe dita, fuerit, in cibo, & potu, difficili, inuenitur. qua re, cibus, & potus difficilis, eſt ille, qui, ſecum, dif ficultatis cauſam ducit, quoniam, craſſus & den ſus cibus, & potus, per anguſta ſpiramenta, diffici le penetrare poteſt. Grauis etiam & ponderoſus, eoquod difficile ſubleuatur, difficili opera, in mē bris, duci ſe p mittit. Viſcoſus præterea & tenax, ex quo per interſtitia uiarum ad hæret, difficile in particulis torquetur. Oleoſum quoq; & pin gue, propterea quod particulas relaxat, mollit, & exoluit, diffic le, ad terminũ peruenit. Et qui cō ſtringendi uim poſſidet, quoniam anguſtos mea tus, anguſtiores facit, difficilem uiam ſibi parat. Sic etiam uentoſus, eo quod ante quam penetret e uento, radiculas implet, locis igitur repletis, dif ficile ingredi poteſt. Qui deniq; humorē aliquē ad ſe trahere, uim habet, ex quo, cum in membris ſe introduci incipit, illum quem trahit, tunc egre di cogit, ſibiq; obuius fit, quapropter, qui trahit, & qui trahitur, in orificiis pariter conueniunt,

uicissimq; pugnant, ideo, trahens, difficilem in gressum sibi acquirit.

De mediocri digestione, caput. 9

MEdiocris etiam digestio, est illa, in qua, cibalis cumuli succus, mediocri opera, in membris geritur, quæ, si cum potenti motore, & uia expedita fuerit, in cibo, & potu, mediocris substantiæ, conuenit. Substantia uero mediocris, est illa, quæ, inter extrema notata, mediocritatem seruat.

De apparatu digestionis, qui in ore fit. In uentriculo, & in intestinis, caput. 10

CVm cibus ad os ingreditur, & mandibularũ eleuatione, & depressione, conteritur, cum saliua commiscetur, ex quo mollitur, & fermentescit. Saliua namq; de sublingua egreditur, qua propter, circundantium qualitatum potestates usurpat, quoniam, liquidum unumquodq;, facultates quas inuenit, unde manat, secum ducit, fluẽtes etenim aquæ, ut magistra rerum experientia ostendit, iusta locorum differentias, naturam uariant, quare, salsæ quedam, sulfureæ nonnullæ, aluminosæ, complures, & aliæ, huiusmodi inuentæ sunt. lingua uero, & quæ circa ipsam continẽtur, glutinosam, & unctuosam, siue pinguem naturã possident, glutinosas igitur, & pingues uires, saliua usurpat, quæ postea, uigorosi seminis faculta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

tem exercet, eoquod, serpentum saliua, rabidi ca nis, arachneorum, & aliorum uirulentorum, huiusmodi uires habere, duce experimento, de prehendimus, horum .n. minima saliuæ pars, hu mores, & membra quæ tangit, potestate sua, ita inficit, quod modico temporis interuallo, ad ui rus, omnia commutat, quare, saliua, cum uiscosa & pingui natura sua, cibum, & potum, e uiscoso & pingui, fermētat. Cum igitur, cibus, & potus, una cum saliua, inuentriculo concurrit, magis permiscetur, & liquidum aceruū, simul faciūt, ubi, agitatione continua, albescere oportet, ut in similibus, experientia ostendit, Nam, coctus, mel & uiscosus quicunq; liquor, continua agitatione albescit. Albus itaq;, uiscidus, & pinguis, alimenti cumulus, cum a uentriculo egreditur, & per duo denum intestinum, per ieiunum, & per longum, siue circum uolutum, ducitur, cum felle ibi con currente, immiscetur, ideo album suum, cum fel le maculat, Et quoniā ī tali processu, sorbillantes radiculæ, illum undiq; circūdant, tenuiorem suc cum, passim inde trahunt, ordinatim igitur dis currens cumulus extenuatur, Exquo, magis, atq; magis, semper densescit, donec expulsus egredi tur. Huius autem acerui liquidæ partes, eoquod, receptaculorum continua agitatione mouentur motum uniuersalem, siue regiū, sectantur, unde,

uniuersalem, uel cōmunem moderantiam, simul ducunt, quæ semper eandem stabilitatem seruat, & generationem tuetur, ut aquæ fontium, fluuiorum, & maris, aperte ostendunt. Cumq; particulæ ad maiores ductus perueniūt, propterea quod passim densescunt & grauedinosæ fiunt, ab uniuersali & regio motu deficiunt, quare, seditiose, turbulente, & populariter, euadunt, quæ, quanto plus, ad intestini centrum accedunt, tanto magis a communi, & regio motu, dissentiūt, Et quoniā per interrualla, he particulæ, differunt, motu difformi, & populari, ut agitentur, oportet, quæ quidem agitatio, in re humida, putredinem generat, & corruptionem, quæ fetorem inducit, ut ipse feces, de se, aperte, testimonium ferunt.

Qua lege, cibalis cumuli succus, perneruorum radiculas ductus, uarios apparatus acquirit, caput. 11

RE igitur ita se habente, cum primum, cibus ad os ingreditur, & dentibus conteritur, cum saliua commiscetur, mollit, temperatur, & fermentescit, ex quo, particulæ, tenuiores, leuiores, ac magis penetrabiles euadunt, quapropter, sursum, facile uaporant, sursum igitur facile trahuntur, quare, tenaciores particulæ, perneruorū radiculas, ad cerebrum, facile Ascendūt, Etenim perspicuū est, quod ciborum, & potuū sapores,

in eodem fere temporis puncto, ab ore, ad cere-
brum penetrant, icc irco, distinte, animus hos dis
cernit. Sed sine particula saporem sustinente, hoc
esse non potest, tenuissimæ igitur alimenti parti
culæ, ab, ore, per neruorum radiculas, quam pri
mum ad cerebrum perueniunt. Pituita etiam spis
sa, quæ, in mane, a cerebro, in gutture descendere
consueuit, spuendiq; conatu, hominem, uehe-
menter angit, cum, cibus, & potus, assumitur, or
dinatim liquescere incipit, & cum maiori copia,
ac facile spuitur. Et corpora exercitatione debili
tata, cibo, & potu, assumpto, continuo, neruorũ
uires redimunt. Cibo etiam & potu assumpto,
in aliquibus, continuo, mens hebescit, & sensus,
obtunduntur. Præterea, cibo & potu assumpto,
quibus uomere consuetum est, Si animales uires,
inde, tam cito, non reficerentur, per annos, ut ui
detur, uitam, ducere non possent. Subtilissimus
igitur alimenti succus, ab ore per neruorum radi
culas, quamprimum, ad cerebrum trahitur. Ci-
balis itaq; succus, cum per has angustissimas uias,
ducitur, glutinosiores tunc particulæ quæ per ie
iuna loca transeunt, passim adhærent, ubi, agita
tione continua, albescunt, & neruorum substan
tiam redimunt, e glutinoso. n. tenaces euadunt, &
e pingui, quod etiam seruant, flexibiles fiunt. Ex
quo, cibalis succus per neruorum radiculas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

ad truncos procedens , tenaciores particulas passim adhærentes relinquit, quare, quo usque ad cerebri proram attingit, semper ordinatim magis purus accedit. Cuius aquosum, receptaculorum depressione impellente, per cauos neruos, ad orbitam oculorum torquetur, ubi cum humoribus in uentis, minutatim cõmistus, in liquorem uertitur, qui quoniam clarus est, pinguedinis etiam beneficio, pellucet, quare figuras obiectas, & colores in aere contiguo impressos, perspicue, representat, Hinc oculorum qualitates, proræ cerebri dispositiones, aperte, manifestant. Cuius alimenti affluentia, per lachrimas expelli consueuit, pingues uero particulæ, que intermediæ sunt, in ipsa prora resident, ubi, agitatione continua albescunt, & cerebri naturã assumunt. Et quoniam cerebri prora, ad narium colatoria, totidem papillas extendit, hanc mollẽ & teneram naturam possidentes, unde odoratus, per uapores, cum aere ibi ascendente, celebratur, alimenti exuberantiam, per has etiam papillas, ad nares, & ad palatum, in muccosam pituitam uersam impellit, quæ si secundum quod conuenit, ex purgatur, sanitas inde permanet, Si uero ut non conuenit, nocumenta, siue ægritudines. & læsionum species, inducere consueuit. Cibalis etiam cumuli succus qui per reliquas neruorũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

radiculas ad ſpinæ medullam aſcendit, eoquod per anguſtiſſima ſpiramenta radicularum ingreſſum habet, glutinoſas particulas per ieiuna loca adhærentes, paſſim, relinquit, receptaculorum igitur agitatione continua, albeſcunt, & neruorum ſubſtantiam aſſumunt, iccirco nerui albi ſũt partiumq; uiſcoſitate, tenaces fiunt, que quoniã e pingui aliquid ſeruant, flexibilem poteſtatem ducunt, Cuius aquoſæ particulæ, eoquod longa neruorum exercitatione conſumpæ fuere, pauculæ ſunt, intermediæ autẽ quoniã pinguẽ naturam habent, facile labuntur, nullibi igitur adhærere poſſunt, receptaculorum itaq; depreſſione cogente, ultra ut procedant, conuenit, quouſq; ad ſpinæ medullam, ducte, perueniunt, in qua receptaculorum agitatione continua albeſcunt, & medullæ formam acquirunt, quæ quoniam per foramen occipitis, in ollam capitis ingreditur, continuato ſucceſſore, pars. partẽ impellit, cerebrumq; recreat et format, ideo talem ſpectaculũ ibi ſeruat, qualem, concreta, mollis, & habilis materia, inconcauo aliquo, per foramen impulſa, & in unum coacta, figurare ſolet. Cuius affluentes particulæ, eoquod inlonga neruorum exercitatione, extenuate fuere, paucæ ſuperant, quarum quæ præpingues ſunt, quoniam leuem naturam poſſident, receptaculorũ agitatione continua,

ſurſū eleuantur, & per aures, in ſordes conuerſæ expelluntur, quæ quoniam cū felle permiſtæ fuerūt, croceatum colorem præſe ferunt. denſe uero & tenaces, in concretam pituitam commutatæ, receptaculorum depreſſione, per gutturis regionem ſenſim impelluntur, quare deſcendunt, indeq; in pectore, in uentriculo, & in inteſtinis, cōcurrunt, exquo cum humore quem attingunt, commiſcentur, unaq; fiunt, & naturam ſimul ducunt Vnde uariæ humorum cōpoſitiones emergunt, & complexionum uarietas apparet, quæ mirabiles effectus incorpore producit, Cūq; ad inferiora inteſtina deueniunt, muccoſam eorum pinguedinem redimūt. Vt igitur apparet, e uario alimenti apparatu, differentiū humorū redundātia, a cerebro effluit, quæ ſi inepte ducatur, offenſiones, incommoda, ſiue ægritudines, & læſiones inde ſequi conſueuerunt, quæ e propriis notis nomina aſſumunt.

Qua ratione, cibalis cumuli ſuccus, per arteriarū radiculas ductus, uarios apparatus aſſumere cogitur, cap. 12

ALiméti rurſū particulæ, quæ, ab oris regiōe, e uétriculo, & ab íteſtinis, a iecore, a liene, a renibus, & ab unaquaq; particularū, arteriarum radiculæ ad ſe alliciunt, cum pulſanti ſanguine miſcent, continuaq; agitatione temperant, & in ru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

borē uertunt, nam ab arte, uiſcida materia, ſimili ratione parata, moderateq; concocta, neceſſario rubeſcit, ut in lacte cum croco temperato & in præfluentibus ferculis, ita miſtis, magiſtra rerum experientia oſtendit. In dulcedinem quoq; illas commutant, quoniá agitatio temperata, hoc ipſum facere in ſimilibus conſueuit, Acerbinamq; fructus, e temperata ſolis agitatione, matureſcūt, & dulcem ſaporem acquirunt. Cibalis itaq; ſucci particulæ, intra arteriarum radiculas, ut ſenſus diſcernit, in pulſantem humorem, rubeum, & dulcem, commutantur, quiquidem humor, ſanguis nominatur, eoquod intra arterias, per membra, ſicut Anguis titillat, & ſerpit, non iniuria igitur ſi has radiculas ſanguificinas appello. Pulſans igitur ſanguis, eſt cibalis cumuli tenuis ille ſuccus, qui, intra arteriarum radiculas hauſtus, rubeum colorem, & dulcem ſaporem accepit, permembraq; titillat, & ſerpit, qui cum per tenues arterias, quæ circa inteſtina uoluūtur, ſpirat, præpingues particulas, eoquod leuem naturā habent, agitatione continua, minutatim, ſegregat, & ſurſum eleuat, ut in lacte, longa agitatio, facere conſueuit, præpingues namq; particulas, ordinatim ſeparat, ad ſuperficiemq; ducit, inſpiſſat, & in butirum uertit, Et quoniā præpingues particulæ, leué & lenē naturā ducūt, cū receptacula turgēt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

&c cõprimuntur, per spiramenta primæ tunicæ, necessario impelluntur, ubi uiolentia aperte frangitur, cumq; ad secundam perueniunt, quæ angustiores meatus habet, fracta potestas, minori cum impetu ducit, iccirco coarcentur, quare, cõtinuato successore, congeries fit, agitatione deniq; perseuerante, albescunt, extenuantur, concreteq; fiũt & pinguedinis formam assumunt. Et quoniã receptaculorũ depressio undiq; impellit, undiq; laterũ adipem generat, & ut uestimẽtũ, tenues arterias, exomniparte circũdat, cuius aquosum quoniam nulla impeditione torquetur, depressione cogente, facile uaporat, & finitimas quas tangit partes, humentes reddit. Reliquæ uero quæ inde labuntur, depressione impellente, ad truncũ una conueniunt, quarum, aliæ ad casulam, & aliæ ad cor, distributæ concurrunt. Harum autem quæ ad casulam perueniunt, quæ magis aquosæ sunt, impetu cogente, intus, & extra, uaporant, Sed quæ intra impelluntur, eoquod inde egredi non possunt, uicissim se adglomerant, quare, congregatione facta, inliquorem torquentur, rursumq; uaporant, & cor humectant. quæ uero foras inde emanant, continuato uapore, a pulmonibus trahuntur, unde pulmones humentes fiunt, & eorũ mollitudinem tuentur, tum inde particulæ, ordinatim, aliæ in spiritalẽ fistulam, per oris regionẽ

respirando uaporant, ut in frigida aeris constitu
tione, manifeste, p os, & per nares, exire uident.
aliæq; in gutture ductæ, particulas replent, & mol
liunt, receptaculorum postea depressione, ad sa
liuæ loca impelluntur, & circumstantium qualita
tum uires, unde transeunt, una ducunt, saliuæq;
essentiam redimunt. Aquosæ tamē illæ particulæ,
quæ, meatuum repletione, tam cito, in pulmoni
bus penetrare nequeunt, receptaculorum impul
sione cogente, in concauo pectoris, circumuolu
untur, quare dispersæ particulæ, una complican
tur, & ordinatim maiores fiunt, iccirco, magis,
atq; magis grauidinosæ factæ, guttatim in liquo
rem descendunt, In concauo igitur pectoris con
gregatæ, aquosum humorem, redundare faciunt.
Vnde rursum, in uaporem eleuantur, & pulmo-
nes humentes reddunt, quæ quidem, si ut cōuenit
perseuerāt, sanitas inde in corpore est, quod Si cū
penuria fuerit, tunc pulmones, continua agitatio
ne, extenuantur, Ex quo corpus exiccatur, & lan
guet. Præpingues autē particulæ, propterea quod
leuem naturam possident, continuo impetu agi.
tatæ, circum, circa ramulos eleuantur, quæ, inter
duas tunicas ramulorum coaceruatæ, albescunt,
extenuantur, & pinguedinem redimūt, casulæq;
formam sustinent. Reliquæ tamē aliæ, intra per
ramulos distributæ, impulsione cogente, cor, pe

tunt,

tunt, quarũ quæ præpingues sunt, quoniã earum leuitas præualet, receptaculorũ depressiõe, circũ, circa ramulos eleuãtur, quæ ĩter duas tunicas con gregatæ, albescũt, extenuãtur, & pinguedinis for mam, in suppremo cordis, assumũt. At depuratæ particulæ quæ relinquuntur, cõtinuo raptu, cor, ad se allicit, quarũ aliæ, per arctissimos meatus, intus in spiritalem cellam, & aliæ extra in casulá impelluntur, quare magis purificate, in aeream naturam commutantur, exquo uitalé auram spi rant, quæ quoniã glutinosæ sunt, una glutinatæ fluunt, & quoniã pinguedinis aliquid seruant, lu bricam naturá ducunt, iccirco necubi adhærét, & fluendi agilitatem consequũtur, qua propter, in membris facile penetrant, & quocunq; attin gunt, pulsantem motum, uel spirantem, unde ui ta est, impartiunt, iccirco, spiritus uitales, he parti culæ, nominatæ sunt. Sunt itaq; spiritus uitales, pulsantis sanguinis ille depuratæ particulæ, quæ per arctissimos cordis meatus, intus inspiritalem cellam, & extra in casulam ductæ, in aereamq; na turam commutatæ, quocunq; attingunt, uitalem aurá spirant. Horũ igitur spirituũ, illa pars, quæ, incerebro, per arterias distributa, peruenit, pro pterea quod lubricã potestaté habet, receptaculo rũ depressiõe impellente, per arctissima spiramẽ ta minutatim, egredi conuenit, quare, magis ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

purgatur,& naturã uere perſpicuã aſſumit, quæ poſtea agitatione perſeuerãte, lucẽ, & fulgorem, acquirit, e conflictu nãq; & tritu partiũ, quoniã aliquam pinguedinem ſeruat, lux ibi generatur, ut in ſimilibus experiẽtia docet, capilli.n.ſordidi, Si in obſcuro loco ſupra frontem inclinati, uelo ciq; tractu pexi ſint, aperte, lucem emittere uidẽ tur. In oculis etiam uioléta percuſſio, manifeſto, fulgorem inducit. Hoc ipſum, in reliquis, conſi derantibus apparet. Qui quidem ita illuminatus, eoquod cœleſtis & diuinæ animæ ſeruitia mini ſtrat, ſpiritus animalis nucupatur, nam per uari as organorũ diſpoſitiones cõſtitutus, incluſas & extrinſecas rerũ qualitates, per tactus receptaculo rũ, diſcernit, & animæ offert. Etenim, figuræ, & colores, in extrinſeco corporũ permanent, cum itaq; in aere illuminato fuerint, neceſſario ipſum uariant, quod ſi aer ita uariatus, uiſus aciem tetige rit, incluſi ſpiritus, lux & perſpicuitas, e cognato lumine uariato, tunc uariari conuenit, quæ uaria tio, uiſioné íducit. Corporũ præterea tenuiſſimæ particulæ quæ ab ĩtra, ĩ aere uaporãt, ꝑptereaq; in cluſas rerũ qualitates ducũt, Si ad nares penetrãt, & ad ſpiritus receptacula perueniunt, propriis qualitatibus illa afficiũt, & uariant, Sed recepta cula affecta, & uariata, huius commotiones, affi ciunt, & uariant, quam uarietatem, hic ſpiritus

qui natura purus eſt, per odoratum in anima re preſentat. Mollitudo quoq;, & durities, lenitas, & aſpitas, caliditas, & frigiditas, & huiusmodi qualitates quecunq; ſunt, Si a tactu inueniũtur, ad harũ differentias, receptaculorũ pulſus tũc differ re oportet, ſpirituũq; puritatẽ, uarietate diſtingue re, ac in agitatione differentiam inducere conuenit, quam, anima cum ſpiritu alligata, per tactũ diſcernit. Sapores item, exquo in lingua penetrãt & propriis qualitatibus receptacula afficiũt, rece ptacula uero affecta, pulſantẽ hunc ſpiritũ, cũ pu ritate ſua, uariare compellunt, quã uarietatẽ a gu ſtu, ſpiritu intermedio, anima cõprehẽdit. Corporũ deniq; uiciſſim percusſiones, unde ſoni fiunt, propterea quod uariatis modis aerem percutiũt, & impellunt, Si inde pulſus aer, per aures ingreditur, & receptacula illa percutit, uariatis modis, receptaculorũ pulſationes, ac ſpiritus. puritatem torquet, & uariat, quam uarietatem, auditu interceſſore, anima percipit. quarũ impreſſionũ, illa quæ cũ ſpiritu magis conſona eſt, delectationem generat, & quæ ab eo diſſentit, faſtidium inducit. quare ſpiritus animalis, ut experientia probat, delectationẽ ſequitur, & faſtidiũ abhorret, Sed delectatio, & faſtidiũ, ad diſcurſũ animam trahit, unde moto ſpiritu, conſonantia membra quæ ad imperiũ animæ pertinent, illico mouentur. qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

quidē ſpiritus, quanto uitales auras puritate ſup
at, tanto uolūtaria opera, naturales actiones uin-
cit, ideo, e cibo, & potu, quoniā is uolūtaria opa
aſſumitur, citius neruorū radiculæ, quam arteria
rū, cibalem ſuccū trahūt, & primā alimēti dige-
ſtionē abſoluunt. Animalis ig tur ſpiritus eſt ui-
taliū ſpirituū illa portio, quæ in cerebro magis de
purata fuit, exquo ſentit, & gubernat. q quouſq;
conueniētiā proſequitur, ſanitatē in opibus oſtē
dit, cum autē deformatus euadit, nocumenta, in
commoda ſiue ægritudines, & læſiones, demon
ſtrat. Vitale præterea flamen quod in reliquis mē
bris ducitur, exquo ramales arteriæ, cum ramis
uenarū, æquitāt, & curſant, receptaculorū eleua
tione, ignaui ſanguinis particulas ad ſe trahit,
unaq; miſcet, temperat, & inpulſantem ſangui
nem uertit. Receptaculorū igitur depreſſione
impellente, quocunq; arteriæ attingunt, hunc
pulſantem ſanguinem impartiunt, quem ad mē
brorū uarietatē, & ramulorū diſpoſitionem, ua
rias, & differentes impreſſiones, aſſumere cōpel-
lunt, pulſans itaq; ſanguis qui ad renes deuenit,
receptaculorū depreſſione comprimente, aquo
ſas particulas, intus, & extra, impellit, Sed quæ
intus penetrant, eoquod inconcauo renum, mi
nutatim, procedunt, neceſſario ſe tangūt, ſimul
igitur adhærent, continuato quoq; ſucceſſore,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

particulæ ſemper maiores fiunt, quouſq; cumula tæ & ductæ, liquoris formam aſſumunt, grauedi nolæ itaq; factæ, per emulgentes uenas in ueſſicā deſcendere compelluntur, quæ mingendi uolun tatem poſtea excitant, & in lotiū expurgatæ efflu unt. quæ Si ſecundū quod conuenit, procedunt, ſanitatem incorpore ſeruant, quod ſi deprauatæ fuerint, nocumēta, offenſiones, incommoda, ſiue ægritudines, & læſiones, neceſſario inducunt. Ex quo, lotiū, eſt pulſantis ſanguinis illa aquoſa portio, quæ receptaculorū depreſſione, per concaua loca renū, īpulſa fuit, indeq; in liquorē uerſa & in ueſſicam coaceruata, mingi conſueuit, Aquoſæ uero quæ extra uaporāt, finitimas particulas quas tangunt, rorant. Præpingues tamē, continua rece ptaculorū agitatione, eoquod leuē naturā poſſident, ſegregantur, & ſurſū circa renes eleuate, p racematas exilium ramolorū extremitates inpulſæ, primæq; tunicæ per ſpiramenta egreſſæ in ſecū dam ſiſtunt, ubi continuato ſucceſſore coaceruā tur, tuniceq; mollitudinē extendunt, agitatione itaq; continua receptaculorū, albeſcūt, extenuan tur, concretæq; fiunt, & adipis formam aſſumūt. Pulſans quoq; ſanguis, qui p magnos, & firmos, arteriarū ductus, ad ſeminaria peruenit, eoquod ampla ſpiramenta inuenit, depreſſione cogente, intra ſeminis receptacula, & extra, neceſſario im

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

pellitur, Sed qui intra penetrat, propterea quod liquidus est, uiscosus, & pinguis, agitatione perseuerante, semper commiscetur, ex quo albuginem acquirit, & seminis genitalis formam sibi induit. Cumq; seminaria repleta, turgent, & genitalia mēbra, ut cōuenit, inter se cōiūcta fuerint, ac etiā receptaculorū depressione, semina impulsa pariter conueniunt, aerē tunc, & quiquid, in intermedio, inueniunt, Cum eorū uiscositate, includunt, & retinent, Ex quo, semina intumescunt, retinentur, & ad generationem se dirigunt. Genitale igitur semen, est pulsans ille sanguis, qui intra seminaria impulsus, continua agitatione, in albuginē cōmutatus fuit, indeq; ꝑgenitalia mēbra ad generationē concurrere sueuit. qui uero extra seminaria impellitur, receptaculorū depressione, ī uiris, bipartitus vaporat, pars namq;, per lata spiramenta genitalis membri, undiq;, in aere se eleuat, & dissoluitur, & pars, in extremo eiusdem ducta, a præputio obuio retinetur, quæ quoniā cū agitatione continua procedit, aquoso extenuato, in sordes albas euadit. Vbi, si diu permanserint, eoq; ab uniuersali & regio motu, sordes deficiunt, seditiosa, & populari agitatione, commouentur, quare inter se, corruptionem agunt, putrescunt, & fœtorem acquirunt. Corruptione deniq; perseuerante, particulas quas tangunt, inficiunt, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

ſtimulant, iccirco. Si cũ ſeminibus, in generatione, commiſcentur, e ſociali cõuenientia, ſemina corrũpunt, & quod inde generatur, turpi fœditate maculant. Pulſans autẽ ſanguis, qui in mulieribus, extra ſeminaria impellitur, tripartitus euadit, nam illa pars, quæ per conuexum matricis aſcendit, uicinia membra rorat, & inpinguat, Et quæ in eius concauo reſudat, propterea quod receptaculorũ depreſſione, minutatim, penetrat, ex quo in parietibus minutatī adhæret, continuato ſucceſſore, minutiæ ſimul concurrunt, quare, congregantur, unaq; fiunt, grauãt, deſcẽdunt, & liquoris formam aſſumunt, cum uero materia redundat, liquor extra labitur, qui quoniã uiſcidus eſt, & pinguis, continua receptaculorũ agitatione, in albuginem vertitur, ideoq; pellucet, & ad ſaliuæ ſimilitudinem effluit. Sed pars quæ ad uuluæ labra atingit, receptaculorũ depreſſione impellente, aquoſas particulas, ſenſim amittit, quod nullo retinente, extra uaporant, reliquæ uero per interſtitia complicata adhærent, quæ quoniã uiſcidæ ſunt, & pingues, continua agitatione albeſcunt, extenuantur, & ſordes fiunt. quæ, propterea quod ab uniuerſali & regio motu deficiũt, populariter agitantur, quare, inter ſe diſſentiunt. corrumpuntur, acuitatemq;, malitiam, & fœtorem acquirunt. ideo, quanto plus ibi permanent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

tanto a maiori corruptione deprauantur, quare, quoquo attingunt, infitiunt, & stimulãt, iccirco, si cum seminibus in generatione concurrunt, & miscentur, e sociali cõuenientia, semina corrumpunt, quapropter quod inde generatur, macula turpissima fœdant. Genitale præterea semen, Si in seminaria receptacula diu retinetur, eoquod in meliori essæ deuenire non potest, impetu continuo in seipso agitato, acuitatem, & malitiam, necessario in se ipso acquirit, Ex quo uapor inde eleuatus, quocũq; attingit, inficit, & lædit. Vnde, uariæ morborũ species, in corpore, & in spiritu, euenire consueuerũt, Pulsans item sanguis, qui in glãdinosam carnem testiculorũ effunditur, eoquod pertenuissimos arteriarũ ramulos ducitur, cum penuria est, cum uero per anfractus ramulorũ serpit, ubi impulsoris uiolentia obtunditur, diminuta potestas, pinguedinem generare non potest, cuius aquosum, nullo repugnante, extra uaporat. Sed pingue, & uiscidum, eoquod receptaculorũ depressione impellitur, cum ad racematas exiliũ ramulorũ extremitates deuenit, quoniã semper extenuando procedit, densatur, & sistit, agitatio neq; perseuerante, albescit, & testiculorũ substantiam redimit, quapropter, testiculorũ caro, glandinosa, pinguis, & alba est, Pulsans rursum sanguis qui post conceptũ ad mammarum spongiosã

carnem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

carnem influit, eoquod per largos ductus effundi tur, copiose accedit, Et quoniã pã fractus recepta culorũ torquetur, uiolentiam suam obtũdit, qua re, aquosas particulas, uiscidas, & pingues, propte rea quod inter duas tunicas retineri nõ possunt, per lata & firma spiraměta, simul comprimũtur, ad concauaq; loca spongiosi, minutatim, concur runt, ubi simul necessario, se adglomerant, & or dinatim maiores fiunt, continuato itaq; successo re, semper augescunt, & magis grauant, donec li quoris formam assumũt & descendũt, quæ quo niã continua cũ agitatione procedunt, albescunt, & redundantes, in albũ liquorẽ commutantur, qui postea per mãmarũ papillas effusus, ut nutriat, infantes ad se allicit, quare, lac est pulsans ille san guis, qui post conceptum, ad spongiosa loca ma mmarũ ductus, receptaculorũ continua agitatio ne, dealbatus fuit, ideq; per papillas effusus, ut nu triat, infantes ad se allicit. Quiquidem sanguis, cũ ad racematas exiliũ ramulorũ extremitates duci tur, eoquod arctissima spiraměta inuenit, tenacio res tunc eius particulæ inde egredi non possunt, sistunt igitur, ubi agitatione continua extenuan tur, albescunt, & spongiosæ carnis, naturã acqui runt. Pulsans etiã sanguis qui in circuitu corporis per carnes cursat, receptaculorũ depressione im- pellente, aquosas particulas ad cutĩ uaporat, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

si non multæ fuerint, extra egressæ dissoluuntur. Siquidem copiose concurrunt, quoniá per angustos meatus penetrãt, necessario simul côueniũt, quare adhærent, & una fiunt, Succedaneoq; uapore perseuerante, maiores fiunt, donec guttæ formam accipiunt, undiq; igitur ita multiplicatæ sudoris purgamẽtum generant. Exquo, sudor est pulsantis sanguinis copiosus uapor, qui receptaculorum depressione impellente, adcutim ductus, & guttatim congregatus, inde fluit, Præpingues uero particulæ cum ad racematas, & molles extremitates, exiliũ ramulorũ ducuntur, receptaculorũ depressione cogente per spiramenta primæ tunicæ facile impelluntur, Sed cum ad secundam attingunt, eoquod angustiores meatus, & cedentem tunicã inueniunt, ac etiam impulsoris uiolentiam obtusam sustinent, inter duas tunicas permanent, ubi agitatione côtinua extenuantur, densescunt, albæq; fiunt, & in pingui denso commutantur, quarũ quæ ad cutim prope sunt, receptaculorũ depressione cogente, extra labũtur, cutimq; perungunt, & sordidant, exquo sordes nominatæ euadunt. tenaces uero ita depuratæ particulæ, quæ depressione impellente, per erectas extremitates exilium ramulorũ adcutim eleuantur, eoquod uiscosæ sunt, aliunde torqueri non possunt, quare ab aquoso ibi magis extenuatæ, dense

ſcunt, perſeuerante itaq; ſucceſſore, ſimul adhæ
rent, & uiciſſim impellũt, icc irco extra promũt,
in ſpiramentiſq; pilorũ formã aſſumunt, unde ſer
pũt, q quoniã e pĩgui aliqd ſeruãt, flexibiles fiũt,
& pellucẽt, Sũt itaq; pili pulſantis ſanguinis ille te
naces particulæ, quæ per erectas extremitates exi-
lium ramulorũ ad cutim impellũtur, ubi extenua
tæ, ad formam orifitiorũ, promunt, & ſerpunt.
Hinc pilorũ diſpoſitiões pulſantis ſanguinis mo
derantiam repreſentant. Pulſantis rurſum ſangui
nis tenaces particulæ, quæ per erectas extremita
tes ramulorũ, ad unguium radices attingunt, ne
ceſſario illis adhærent, ubi ab aquoſo magis exte
nuatæ denſeſcunt, duræq; fiunt, & unguis naturã
uſurpant, perſeuerante quoq; ſucceſſore, una
particulæ ſe adglutinant, & ordinatim impellũt,
ex quo extenduntur, & creſcunt, ideo circa radi
ces, albos anfractus, ungues, poſſident, qui pulſan
tis ſanguinis impetum indicant. Et quoniã cum
uiſcoſo e pingui aliquid immiſtũ ſuſtinent, pellu
cẽt, & ut in pilis euenit, flammã facile recipiunt,
buliũt, & intumeſcũt, q̃ ꝓpter e uaria pulſantis ſan
guinis moderãtia, per interualla in unguibus deſi
gnata, uaria euenta repreſentant, unde præſentes,
& futuros caſus ꝓnũtiãt. Pulſantis etiã ſanginis te
naces particulæ, quæ per erectas extremitates ramu
lorũ, ad dentiũ radices concurrũt, illis neceſſario

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

adhærent, ubi ab aquoſo magis extenuatæ, cōcre-
tæ fiunt, dureſcunt, & dentium naturá redimūt,
ſucceſſore itaq; continuo, pars, parté, impellit,
ex quo dentes elongātur, & creſcūt, quapropter,
é multiplici huius ſanguinis apparatu, multipli-
ces effectus, dentibus, contingunt, ideo, dentes,
corporis & animi, iudicia multa, oſtendunt, Pul
ſans inſuper ſanguis qui intra per oſſa effunditur,
eoquod receptacula ſe dilatare ibi non poſſunt,
depreſſione impellēte aquoſas particulas undiq;
uaporat, finitimas igitur partes q̄s tāgūt, humētes
reddūt. Præpingues uero cōtinua agitatiōe ſegre
gantur, quæ quoniá lenitaté habent, nullibi adhæ
rent, receptaculorū igitur, depreſſione cogente,
ad concaua loca oſſium minutatim impellūtur:
& quoniá undiq; laterū ibi concurrunt, in medio
neceſſario una ſe ad glomerant, continuaq; agita
tione magis inſpiſſantur, albeſcunt, & medullam
redimunt. Quare medulla eſt pulſantis ſanguinis
illa præpīguis portio, quæ receptaculorū depreſ-
ſione impellente, intra concauū oſſis ducta fuit,
continuaq; agitatione dealbata, ac ſpiſſa facta, in
unū glomerata continetur. Tenaces auté particu
læ quæ per racematas extremitates exilium ramu
lorū intra per oſſa ducuntur, eoquod receptacu
la duro obuio, ſe dilatare ultra non poſſunt, adhæ
rent, agitatione igitur continua magis extenuan

tur, concretæ fiunt, albeſcũt, & oſſis naturã uſur pant. Quarũ quæ ad ultimas extremitates deueni- unt, impetu cogente, ultra ramulos promunt, unaq; coniunctæ ſe adglutinant, & cartillaginis formam aſſumunt. Succedaneo quoq; humore perſeuerante, particulæ uicatim ſe impellunt, & quouſq; uiolentia attingit, extenduntur, quare, cartillaginem accreſcunt, quæ, quoniã e pingui aliquid ſeruant, pellucent, & lenes euadunt. Ideo cartillago eſt pulſãtis ſanguinis illa tenax portio, quæ ad extremum oſſiis ducta, denſam, lenem, & pellucentem, factã eſſe apparet. Aquoſæ deniq; particulæ quæ intra oſſium iuncturas uaporant, eoquod facile inde egredi non poſſunt, Simul cõ ueniunt, quare, congregantur unaq; fiunt, & in li quorem commutantur, qui quidem liquor, quo niã e uiſcoſo & pingui aliquid ſuſtinet, pellucet, & uiſcidi humoris effigiem præſe fert. At uiſci- dus iſte liquor quouſq; propriam cõuenientiam ſeruat, iuncturarũ ſanitatẽ tuetur, cum autem de formatus euadit, impedimenta, ſiue ægritudines, & leſiones, inducere poteſtatem habet. Vt igitur apparet, arteriarũ radiculæ, ab omnibus mẽbris, quibus immerſæ ſunt, cibalem ſuccum adſe tra hunt, quem in pulſantẽ ſanguinẽ uertunt, ſecun- damq; alimenti digeſtionẽ perficiunt, quarum eleuatione, & depreſſione, trahendi, & impellen

di, quocũq; attingunt, uires impartiunt, Hinc cerebrum, ab oris ragione, a uentriculo, & ab intestinis, per neruorũ radiculas, cibalem succum ad se trahit, primáq; aliméti digestionem absoluit, Pulmones etiá, per radiculas cordi immersas, mouétur & reficiuntur. Et Iecur per uenarũ radiculas, & Fel cum fellificinis, Et Lien cum atrificinis, Renes deniq;, & reliqua mébra, hac eadem ratione trahũt, & recreantur, quo tamé ordine hæc omnia fiant, ut mihi deus afflabit, nunc in medium ducere curabo.

Quomodo cibalis cumuli succus per uenarum radiculas trahitur, indeq; differentes apparatus acquirit, caput, 13

ET quoniá, ut apparet, magnus arteriæ trúcus, per radiculas, Iecori immergitur, eleuationis igitur & depressionis motũ, Iecori, necessario impartit, unde, per continuas uenas, usq; ad uentriculum, & intestina, attingit, quapropter, uenarũ radiculæ, a uentriculo, & Ab intestinis, cibalé succum haurint, & in ignauũ sanguiné uertunt, non immerito igitur si has radiculas sanguificinas etiã appello, pulsans itaq; sanguis cum pertenuissimas arteriarũ radiculas in iecore diffunditur, particularũ pondere undiq; circũdatur, exquo opprimitur, & hebescit, quare, oppressa potestas, cum per uenas usq; ad extremas radiculas ducitur, e longo

interuallo etiam habeſcit,icc irco, uenarũ radicu
læ,magis lente,quam arteriarũ, a uentriculo, &
ab inteſtinis,cibalem ſuccũ trahunt, Re igitur ita
ſe habente,cibalis cumuli ſuccus,peruenarũ radi
culas ,lente ducitur,paſſimq; cum ignauo ſangui
ne cõmiſcetur,ũde,ordinatim tẽperat̃,rubet,dul
ceſcit,&ignaui ſãguinis naturã aſſumit , ac tertiæ
digeſtionis ordinẽ ſibi induit, perſeuerãte quoq;
motu,ad maiores uenas minutarĩ labitur, donec
ad magnũ truncũ,quẽ portã dicũt,peruenit, Vn
de per exiles ramulos diſtributus,ĩ Iecore ſerpit,
cuius aquoſæ particulæ, eoquod facile uaporant,
& præpingues quoniã lubricã naturã ducũt ,nul
libi adhærent , receptaculorũ igitur eleuatione,
per tenuiſſimas radiculas ad truncũ uenæ gibbi
trahuntur,quæ ſi ſecũdũ quod conuenit , pene
trant,ſanitatẽ inde permanere oportet , quod Si
deformatæ fuerit , impedimẽta ſiue ægritudines,
& læſiones,inducere paratæ ſunt , Cum igitur ad
truncũ deuenuint ,per ramos &ramulos diffuſæ,
ſurſum &deorſũ concurrũt,Quiquidẽ rami,pro
ptereaquod cũ ramis arteriarũ parili conuenien
tia procedũt,& æquitant,quorũ uicinitate nouũ
humorẽ arteriæ ſemper trahunt,& in pulſantem
ſanguinem uertunt,ipſe uenæ continuum motũ
inde exercere conant̃ ,quare,uenæ auxiliario e ſã
guine onuſtæ,arteriis ſubſidium famulantur. Te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

naces autem particulæ quæ relinquuntur, cũ ad angustissimas exiliũ ramulorũ extremitates pue niunt, illis necessario adhærent, qui quoniã race mati procedũt, repleti racemati etiam se offerũt, exquo Iecoris substantiã recreant, quæquidem particule, quoniã leui agitatione mouẽtur, a pro prio colore non degenerant, ideo, Iecur concreti sanguinis effigiem aperte seruat, Ignauus item sã guis qui per trũcũ uenæ, a iecore, ad cor, accedit, receptaculorũ depressione cogente, aquosas par ticulas ordinatim uaporat, quare, magis densus passim euadit, cum igitur ad racematas exilium ramulorũ extremitates deuenit, propterea quod duas tunicas ibi inuenit, expedite inde egredi nõ potest, sistit igitur, extenuatur, concretusq; fit & cordis essentiam redimit, qui quoniã densus est, & grauedinosus, quoquo attingit, replet, quare, ab im petuli bere se agitari nõ permittit, lente igi tur & quoniã non degenerat, opropriũ colorẽ etiã seruat, & cor, dẽsi sanguinis effigiẽ custodit. Ignauus rursũ sanguis qui per radiculas cordi im mersas trahitur, & ad truncũ uenæ unicã tunicã possidentẽ, in pulmonibus, ducitur, eo quod cum uitali aura etiam penetrat, semper agitaẽ, & p mis cetur, quapropter, aquosas particulas semper ua porat, & amittit, ordinatim ideo dẽsescit, & quo niã uiscosus est, & pinguis, cõtinua agitatione cõ

motus

motus, rubeum colorem, cum albedine uariat, & temperat, cum igitur ad racematas exiliũ ramulorũ extremitates attingit, eoquod tenuissima spiramenta inuenit, sistit, & pulmones recreat. Hinc pulmones leues sunt, mollitudinemq; habent, & e rubeo albescente, colorẽ possidẽt. Ignauus præterea sanguis qui ad renes influit, eoquod receptaculorũ depressione impellẽte, ab aquoso passim depuratur, magis densus semper euadit, cum uero ad racematas exilium ramulorum extremitates ducitur, facile inde egredere nõ potest, retinetur igitur, & renes redimit, ideo densi sanguinis effigiem, renes ostendunt. Ignauus item sanguis qui ad mulieris matricem concurrit, cum redundat, & ad racematas exilium ramulorũ extremitates impellitur, eoquod uicinia loca undiq; humorẽ effũdũt, extenuari ibi nõ potest, receptaculorũ igitur depressione impellẽte, sensim egredere cogitur, quare, mestruũ fluorẽ ad tempus generat, mestruus itaq; fluor, est ignauus ille sanguis, qui per racematas exiliũ ramulorũ extremitates adtempus in matrice redundat, unde rceptaculorũ depressione impellente, temporate effũditur. Quiquidem fluor, Si ut cõuenit, celebratur, sanitatẽ seruat, Si uero deprauatus fuerit, impedimẽta, uel ægritudines, & offensiones, generat. Ignauus deniq; sauguis qui per carnosa loca diffũditur.

eoquod finitimorū eleuatione & depreſſione, ab aquoſo, ordinatim depuratur, & denſeſcit, cum ad racematas exilium ramulorum extremita-tes, depreſſione cogente, impellitur, expedite in de egredi non poteſt, ideo reſidet, & carnis natu rā aſſumit. Quæ quoniā ĩpetu đalbāte caret, rubeū colorē ſeruat, ex quo caro nominata eſt. Vt igitur apparet, caro eſt ignauus ille ſanguis, qui ad race matas exiliū ramulorū extremitates ductus, ſine impetu, denſus factus, rubeū colorē habet. Quæ, quoniā iuxta uenarū, arteriarū, & neruorū, diffe rentes apparatus, uariat, uarias etiam & differen tes ſpecies carnis eſſe oportet.

Quo ordine, cibalis cumuli ſuccus, per fel lificinas radiculas hauritur, & uarieta-tem uſurpat, caput. 14

FEllis quoq; folliculus, proptereaq; in Iecore reſidet, arteriarū beneficio quæ in eo mouen tur, ipſe etiam excitatur, indeq; paſſim ſociatus ui res extendit, quouſq; ad ultimas radiculas perue nit, motu tamē fracto, eoquod folliculus adquē arteriæ terminant, denſam texturam habet, quæ ſpirituū aditicula obſtruit, motúq; frangit, & ob tundit, quare, fellificinæ, quoniā e folliculo pen-dent, cibalem ſuccum magis remiſſe ſorbillant, quā uenarū radiculæ a iecore extenſe, alimentū ad ſe trahunt, quæ proptereaquod tenues ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

tenuem succũ ut recipiant conuenit. Fellificinæ itaq; radiculæ, e uentriculi fundo, a duodeno, a ieiuno, & a gracili ĩtestino, eoquod ibi terminãt, e cibali cumulo, tenuem succũ quem attingere possunt, ad se trahũt, ingressu quoq; continuato, cibalis ille succus, cũ felle, cõmiscet, quapropter, uarietaté acquirit, & fellis temperamẽtũ assumere incipit, per interualla igitur ductus, maiorem uarietatem semper adauget, quousq; ad folliculi amplitudiné peruenit, qui quoniã a dẽsa textura undiq; circũdatur, ultra procedere non potest, iccirco sistit, agitatione tamen continua e uallo receptaculorũ, eoquod in amplo loco est, magis libere & fortiter mouetur, quare, magis feruet, & incenditur, Ideoq;, uiridem colorem, amarũ saporem, & igneũ acumen, uiscidus liquor, in folliculo, acquirit, quemadmodũ inferculis tali ordine paratis, uehementerq; decoctis, magistra rerũ experientia aperte docet. Et quoniam e folliculi densa textura, & uiscidi liquoris ineptia, fel, aliunde expurgari non permittitur, receptaculorum depressio quæ folliculũ undiq; conprimit, p easdem radiculas illũ necessario impellit, quapropter, contentũ humoré, fellificinæ radiculæ, in intestinis uomunt, qui cumulo fluenti ordinatim immiscetur, indeq; in mẽbris una labitur, qui Si ut conuenit, e corpore expellitur, bonã habitudi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

nem expurgatam seruat. Si uero importune cogitur, quoquo attingit, cũ potestate sua inficit, maculat, & stimulat, Ex quo cũ humorib⁹, uarios apparatus assumit, & uarie humorũ species inde procreationẽ habent, quæ e propris notis nomina usurpant, Vnde, in corpore, & in spiritibus, nocumentorũ siue ægritudinum, & læsionum species differentes, accedunt. Fel igitur, est cibalis cumuli tenuis & uiscidus ille succus, qui in fellisi cinis radiculis haustus, & in folliculo uehementer accensus, uiridem colorem, amarũ saporem, & igneũ acumen, possidet.

Quo fœdere, cibalis cumuli succus, per atrifici nas radiculas allicitur, & uarietatem assumit, caput. 15

ARteriarũ deinceps radiculæ quæ in Liene immersæ sunt, proptereaquod a radiculis quæ a Iecore trahunt, & Folliculũ urgẽt, ut membrorũ particulatim diuisio indicat, cũ numero, tũ mangnitudine, multo inferiores esse apparent, Ideo motum in Liene magis remissũ, quam in Iecore & Folliculo, exercere conuenit, quæ quoniã tenuissimæ sunt, tenuissimũ succũ recipiũt, Atræ itaqꝫ ficinæ radiculæ, ex quo cũ pigritia mouent. & cibalem succũ quem sorbillãt, cũ acetoso humore ĩmiscẽt, e sociali cõueniẽtia illũ acescere cogũt, Ideo nõ pauci sunt, qui acetosum Sa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

porem, e uentriculi orificio, usq; ad os, ascẽdere, discernũt, nam atræficinæ radiculæ ibi immersæ resident. Parili quoq; ratione, cibalis cumuli succus, atrũ colorẽ, usurpat, Etenim cũ atro humore commiscetur, leniq; decoctione temperatur, qui quãto plus ultra procedit, tanto magis per misce tur, & maiorem nigredinẽ acquirit, quæ quidẽ radiculæ, ab hac propria nota, atræficinæ, nomen sibi induunt, Ideo ater humor, est cibalis cumuli tenuis ille succus, qui in atrificinis radiculis hau stus, leniq; agitatione moderatus, atrum colorẽ, & acetosũ saporem, habet, Qui cũ per interualla radicularũ serpit, ad maiores ductus passim deue nit, quatenus ad truncũ accedit, ubi in maiori am plitudine inuenitur, & magis solute mouetur, ac ab aquoso superante semper plus extenuatur, qua re densescit, & acetosum saporem ordinatim di minuit, ex quo maturatur, & dulcitudinẽ assumit, ut Vuarũ racemi aperte ostẽdunt, in principio .n. per acerbos acinos, habent, cum uero adolescũt, particulas dilatant, & saporem ueriãt, quousq; cõ pleti, maturescunt, & dulcem saporẽ acquirunt. Humor igitur ita commutatus, cum intrunco p uenit, receptaculorũ eleuatione cogẽte, ptenuissi mos ramulos distributus, ĩ Lienẽ trahitur, inquo magis extenuatur, & densescit, cumq; ad racema tas exiliũ ramulorum extremitates deuenit, eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

quod concretus,& densus, factus est, residet, & Liené redimit, Qui quoniá leniter procedit, a proprio colore non degenerat, quare, atri humoris, & densi, præsentiam, Lien, seruat, qui quoniam ab aquoso, tantũ, depuratus euasit, e pingui, & uiscoso, naturam fouet. Quapropter, atræficinæ radiculæ cũ turgent, receptaculorũ depressione impellente, acerbũ humorem inuétriculo reponũt, quare, cũ cibali cumulo commiscetur, quem inficit, & cũ humoribus postea societaté agit, e quorũ cõpositione, cõpositi colores, & cõmisti sapores, & effectus, eueniũt. humor igitur iste, si ut cõuenit, deducitur, sanitas idé præualet, quod Si difformi opera procedit, impedimenta, siue ægritudines, & læsiones, incorpore, & inspiritu, affert.

De bona, & mala, digestione, caput. 16

CIbalis deniq; succi, in membris distributio, et impartitio, quæ digestio nominatur, cum secundũ quod conuenit, fit, ut mihi uidetur, bonũ in particulis perficit, Si uero inconuenienter opatur, malum introducit, quare, ab hac propria notã, bonam, uel malam digestioné, dicere cõuenit.

De bona digestione, caput. 17

BOna igitur digestio, est cibalis succi, in particulis, conueniens, & bona distributio, in particulis autem conueniens & bona distributio, est, q̃do in magna, magna, portio, cõgruéter apponi

tur, & in parua, parua etiam, simili ratione con currit, eoquod, cibus cũ manditur, & potus cũ hauritur, una cũ saliua commiscetur, præparatur, & ad conueniẽtiam ducitur, quæ quidem saliua, a dextra linguæ parte, & a sinistra, eodem cũ ordi ne effluit, dextra. n. saliua, dextræ partis, & sinistra, sinistræ regionis alimentũ, ut fermentet oportet. quoniã dextræ partes, sinistris, semper maiores apparẽt, magisq; leues, & magis celeres, in operi bus esse uidẽtur, Exquo particulæ quæ cũ dextra saliua bene fermentatæ sunt, si in dextris partibus ductæ fuerint, & quæ cũ sinistra, in sinistris produ cuntur, eoquod conuenientia undiq; est, placide recreant, tranquilleq; & bene seruant, Vnde spiri tuũ commoda eueniunt, quæ bona euenta postea adse alliciunt, nam cœlitum conuenientia, intrin seca, cũ extrinsecis conciliat, & una concurrere cogit. Hinc, homo, alacrem animũ, lætum, & ge stientem, sine manifesta causa, nonunquam se ha bere percipit, cui aliquot bonũ postea succedit.

De mala digestione, caput. 18

MAla quoq; digestio, est cibalis succi p parti culas incõueniens & mala distributio, Sed incõueniẽs & mala distributio inparticulis tunc fit, cũ in parua, magna portio, incongruenter, ap ponitur, & in magna, parua, difformi opera, loca tur, quoniã particulæ quæ cũ dextra saliua fermẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

tatæ sunt, si in partibus sinistræ regionis trāsferū tur, eoquod maiores, magisq; leues, & celeritate præstantes apparent, comprimūtur, grauātur, & obtundūtur, Angusti præterea loci, a maioribus locatis extenduntur, subleuātur, & stimulantur, quare, undiq; discordia cócurrit, uicissim igitur discrepāt, & dissentiūt, importune itaq;, & odio se, effectus, interse ferunt. Particulæ rursum quæ cū saliua sinistræ partis fermentatæ sunt, cū index tra perueniunt, eoquod minores, & magis pōde rosæ, ac tarditate præstantes inueniuntur, ex omni parte trahuntur, & stimulantur, Maiores etiā loci, supra minores locatos, constringuntur, loca torūq; pondere onusti, pigrescunt, Vndiq; igitur dissentio est, quare, interse male conueniunt, uicissim pugnant, & turbide uiuunt, Hinc spirituū incommoda fiunt, quæ mala euenta, postea, ad se trahunt, Cœlitum.n. concordia, quæ intrinseca, cum extrinsecis, una cogit, ad hæc ducit, quapropter, homo, tristem animū, uel infensum, aut ira incensum, segnē, & inertem, stupidamq; mentē, & quodcunq; tale est, quod repente & sine manifesta causa, animū inuadit, plerunq; se habere deprehendit. Etenim cœlestium ducū spiritus, qui in hoc aere circūfusi uoluūtur, a perpetua rerū conuenientia ducti, mistorū omnem generationē tractant, Vnde mineralia custodiunt, Her-

barum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

barũ & arborũ naturam, ſuſtinent, animalia du-
cunt, & homines ad diuerſa inclinant, exquo, Si
generatim quecunq; in mundo ſunt, cũ hac per
petua rerũ conueniẽtia, diligenti inueſtigatione
inquirantur, procreatorũ poteſtas, quæ cœleſtiũ
ducũ relationem ſecum fert, clara luce emerget,
Ideo, qui ſapiens eſt, ad uſum uitæ, multa bona p
ficere comprehẽdit. Vt igitur ſummatim ad in
tentũ deueniam, quẽadmodũ numinũ modera
tor mihi afflabit, a ſtellis fixis, nũc apire incipiam.

De ſtellis fixis, caput, 1.

STellæ quæ certis infixæ ſedibus cœlo inherẽt,
eoquod in interſtitio proprii orbis diſparilia
loca poſſident, perpetuo radiorũ concurſu, uari
as figuras in medio, perpetuo, componunt, quæ
quoniam uicatim differunt, uicatim figurarũ diſ
ferentias in ſolo generant, cumq; a uirtute ſolis
& lunæ, ducũtur, proprias rerũ ſpecies, unde pen
dent, per ſimgula mnltiplicata repreſentant. Ideo
res quæ in mundo apparent, harũ conſtellaccio
nũ certam relationẽ ferunt. At ſtella quæ una no
bis apparet, non una fortaſſe eſt, quoniá ut experi
entia monſtrat, plures eſſe poſſunt, nam in tá lon
ga diſtantia quemadmodũ hæc eſt, multa ſingula
ſub uno angulo uiſus comprehendit. Sed unus
angulus rem unam offert, ut aues quæ gregatim
uolant, a alõge & prope, idipſum aperte oſtẽdũt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

quapropter multiformis illas esse, magistra rerũ experiẽtia inuenit. Minima rursum earũ quæ ui su apparent, terræ magnitudinẽ decies & octo uĩ cit, quarũ unaquæq; intra suos radios necessario terram sustinet, Simul igitur omnes uno concur su illam glomerant, & in regiones distingũt, qua re cũ aqua & aere, illã diuisã usurpãt, Hinc mine rarũ species differentes permũdi interualla pro- creantur, stirpium quoq; & arborũ natura tãtam uarietatẽ germinat, & animaliũ dissimilitudo pas sim tãta apparet. Singulorum insup unũquodq; exquo proprium corpus habet, quod ab aere & cœlo undiq; circũdatur, abaere & cœlo undiq; alterari cõuenit, Experimẽto nãq; apparet, quod ad aeris qualitates Singulorũ moderantia semper uariat, Vnde, effigies, uires, & mores, disparili cõ uenientia passim emergunt, Exquo, totũ indiui dui corpus cum uniuerso cælo cõsonat, corporis igitur uniuscuiusq; appendicula, e cœli partibus & stellis, dispositiones acquirũt. quapropter nil in cœlo est, quod in mũdo conueniẽtẽ apparatũ non gubernat, Et nil in mundo inueniri potest, quod e cœli conuenientia nõ pendat, in unoquo q; igitur singulo, eoquod stellarum imperium subit, quod in toto mũdo est, consonat, beneficæ itaq; cœlestes conuenientiæ, bonũ temperamẽtũ ducunt, & quæ maleficas uires habent, malã dis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

positionẽ in subiecto dirigunt. Bonũ autẽ corporis temperamentũ illud est, quod ut conuenit, particulas format, Et mala dispositio illa est, quæ ut non conuenit, particulas producit, Particulæ uero quæ ut conuenit formatæ sunt, alimentũ cõgruẽter trahunt, & cũ propinquis decẽter participant, quare cũ finitimis amice concurrunt, trãquilleq; & bene uiuunt. tranquille autẽ & bene uiuere, a iustitia fit, quæ a bona digestiõe euenire apparet. At particulæ quæ ut nõ cõuenit procreationem habẽt, alimẽtũ incongruenter ad se alliciunt, incongruenterq; cũ finitimis illũ communicãt, ex quo uicissim dissẽtiunt, turbideq;, populariter, & male uiuunt, Sed turbide, populariter, & male uiuere, ab iniustitia fit, quæ a mala digestione procedere apparet.

De lacteo cingulo, caput, 20

SPlendidissimus lactis cingulus qui celũ fulgẽti candore circuit, ut experientia probat, ad similitudinẽ sui lactis uapores eleuat, & gubernat, quapropter quãdo errones una cũ lacte concurrunt, eorum spiritus una miscent, & componũt, q̃re cõpositũ opus inde fluit, ꝗ p orbẽ terrarũ iuxta locorũ uarietatẽ uarios effectus ĩducere uidet̃.

De sole, caput, 21

OMnibus perspicuũ est, quod splendida rota solis perpetui sui fulgoris affluentia quæ cũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

ꝙ luminosa in cœlo sunt excellit, a sola itaq; appa ritione inter lumina, nomen usurpat, & sol appel latur, quapropter Solis excellentes spiritus qui in rebus effusi continentur, quando supant, eoquod inde alligati pendét, reliquorũ cœlitum spiritus qui in eodem genere procreatorũ conueniũt, ex cellunt, insignes igitur effectus, Regios, siue com munes, & uniuersales, dirigunt, quare Solis lumé ex quo uniuersam commotionem excitat, totius generationis author factus est, Hinc differentes calores generat, qui e sociali conuenientia motũ sequuntur, unde diei & anni tempora, proprias dif ferentias assumunt, quatuor.n. terminis claudun tur, qui in mundo totidem calores ministrant, & omnem generationem ducunt, E quibus, uer, mi nutatim calorem accrescit, conceptumq; humo rem sensim effundit, uis herbarũ germinat, arbo rnm natura frondet, flores erumpũt, fructus pro munt, herbescensq; uiriditas apparet, acerbitas ꝓ ducitur, dulcitudo incipit, & animantia ad gene rationem conueniunt. Æstas calorem cum ardo re uomit, siccitaté imprimit, fructus maturat, ui ridem & croceũ colorem una cũ rubeo superare facit, suauem ab insuaui ducit, & per loca umbro sa animantia adgregat. Autumnus paulatim calo rem deprimit, siccitatem explicat, herbarum & arborum uires obtundit, Ex quo arboreta, nemo

ra,& syluas,expoliat,terræ colorem patefacit,& cum dulce,uarios etiam sapores possidet, & animalia uarias regiones querere dirigit. Hyems denique magnopere calorē occultat,unde frigus nomen usurpat,humores concipit,& densat,atrum calorem designat,insipidum alit, animaliaque abscōdit,& opprimit. Pariter quoque ordine diei partes solis opera inquatuor segregat,quoniā illa quæ a solis ortu incipit,& ad meridiem terminat, eo quod sensim calorem adauget,& humores effundit,ueris effigiem expressam reddit. Quæ uero a meridie ad occasum sequitur, exquo feruorem cumulat,& humores extenuat, æstatis effectus representat. Pars autē quæ ab occasu ad mediæ noctis punctum clauditur,proptereaquod calorem diminuit,& siccitatem possidet, autumni mores assumit. Sed quæ ad mediæ noctis punctū & ad ortum attinet,eoquod calorem occultū sustinet, & humores retinet,hyemis euēta dissimulat. Hæ autē solis cōsideratiōes,ut apparet,ī sūpficie nostræ regionis occurrūt quæ si cū radiis aliarū stellarū & in superficiebus reliquarū regionū,ac etiā in harū superficierū centris contemplatæ fuerint, aerem tunc,cum aqua & terra,uariatis modis permisceri,illucescet,e dissimili nāque radiorū occursatione, dissimiliū figurarū cōplexa procreātur, & diuersarū rerū semina inde fiunt, Hinc mine

ralia originem ducunt, ſtirpium natura uaria pullulat, & animalia mouēdi poteſtatē uſurpāt, Ex quo rutilans Carbunculus cum affluētia ſui ſplendidiſſimi candoris quoniā reliquas gemmas præcellit, ſolaris imperii maieſtatē obtinet. Auri quoq; magnificentia inter metalla proptereaquod cū puritate ſui fulgoris, reliqua omnia uincit, cuius color cum colore Solis etiam conuenit, & quæ ad uſū u te pertinent, auro mediante uſurpantur, Principum preterea ornamenta ab auro dignitatem aſſumūt, ſpiritus magnifici ſolis habere, nobis aperit. Et Melon, quoniam nobilitate ſui odoris, ſaporiſq; excellentia, & magnitudinis præſtātia, reliquos herbaceos fructus, longe ſuperat, Spirituum præſtantiſſimi ſolis eſſe receptaculum, ſatis aperte oſtēdit, Ipſum quidē illud eius figura manifeſtat, eoquod prominulis quibusdam a pediculo uſq; ad umbilicū ſtrigatus apparet, quib⁹ cœleſtiū ſignorū partitionē, quam ſol per orbem ſuum circuens deſignat, nobis repreſentat Citria rurſum, ſpiritus ſolares manifeſto ſeruant, quoniā inter arboreos fructus præſtare uidētur, nam perpetuo uirent, reliquos odore ſuperant, aſpectuq; & delectatiōe cæteros etiam Excellūt, Salutare quoq; præſidium cuſtodiunt, quatuor præterea naturas differētes, ut ſol per anni tempora, diſpoſite continet. Et ualidiſſimus Leo, ſolis flamina ap

te ducit, eoquod præſtantes uires habet, quibus animantia ſuperat. Alacer itẽ Gallus, qui mira audatia ſua cunta animalia excellit, ac etiam propterea quod cũ in cardinibus cœli ſol properat, ſpirituũ conuenientia, cantu illum ueneratur, Solis aſſecla euadit. Et Homines, eoquod rerũ omnium quæ in mundo ſunt, principatũ uſurpant, Spiritus ſolares continere, aperte oſtendũt. Parili quoq; ſententia inter homines, principis maieſtas ſolis uices gerit. Hoc etiam orator, & diſputator, iſte namq; eloquentia præſtat, & ille rationibus excellit, quare, e ſolis lucerna, pariter, lucẽ hauriunt. Pulſans præterea Sanguis, unde uires incorde ſunt, & anelantium Pulmonũ maieſtas eſt, Solaris imperii uices gerit, quoniã ſicut Sol in mũdo omnia mouet, & ad generationem ducit, ita pulſans iſte ſanguis in corpore operatur, quare in particulis uitam diſtribuit, & omnem generationem perficit, Corporis etiam pars dextra, ꝓpterea q; ſiniſtrã ſupat, Solarẽ poteſtatẽ exercet, Et Oculus dexter, ſolis uices gerit, eoq; ĩparte ſua poſit⁹ eſt, & luce, & figura, cũ ſole cõuenit. Pilorũ deniq; uniꝟſa ſeges qm̃ ſicut radii a pulſãti ſãguine impulſi, ꝓmũt, Solis affluẽtiam deſignat.

De luna, caput, 22

NOctiluca uero luna, quoniã ſolis accenſa radiis fulget, & largum flumen accepti lumi

nis in terris effundit, ac post solē, cœlitum lumina præcellit, uniuersales. siue Regios, & magnificos effectus, post solem, assumit, quare, solis emula facta est, Q uequidem ut Sol annum, ad luminis uarietatem per quadratum impartit, ita mensem, ipsa in quatuor distinguit, Etenim cū collustrare incipit, donec semi plena euadit, minutatim lucē suam accrescit, cumqua mouet, & calorem generat, ac parili conuenientia humorem diffundit, exquo ueris effigiem imitatur, Cum uero āplius crescit, & orbem suum complet, magis mouet, maioremq; calorem accēdit, quare, æstatis imaginem explicat, Sed decrescente, quousq; medii circuli formam acquirit, quoniā fulgorē diminuit, humores etiam qui lucem sequuntur, simili ratione extenuat, & autumni præsentiam expressam reddit. Hinc postea, quatenus totam lucē abscondit, calorem similiter occultat, & humores opprimit, exquo, brumæ simulacrum offert. diem præterea, quemadmodū sol quadripartitum facit, ipsa lucina etiam per totidem interualla designat. quoniam cum ab oriēte se eleuat, donec ad cœli mediū peruenit, maris aquā, & uagos humores, parili ordine, usq; ad culmen, ducit, Descendente uero quoad occasum attigit, usq; ad ultimum, eleuatos, deprimit. Ab Occasu quoq; ad medæ noctis punctum circumducta, propterea quod iterū

ascendit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

ascendit, quæ depressit, eleuat, & secum trahit, indeq; ad ortum cum descēdit, illa eadem alligata, parili conuenientia, descendere cogit, Eoquod luminosum unūquodq; cum ab ortu ad cæli medium se eleuat, uel a cœli medio ad occasum præcipitat, reflectentes, & reflexos radios, ad pariles angulos, perpetuo extendit, quare, cum ad medium peruenit, reflectentes & reflexi una fiunt, & ab utraq; parte eleuant. Cumq; in occasu est, illi ipsi radii, inter se, maxime distant, pariter ideo ex utraq; parte deprimunt. Ab occasu quoq; ad mediæ noctis punctum similiter ascendit, eoquod inferioris regionis medium est, unde necessario postea ruit, donec adterminum orientis concurrit. Quapropter, Si ut de sole explanatum est, in luna, diligenter obseruetur, procreatorum occulta potestas quæ inde fluit, facile emerget. Luna igitur exquo solem æmulatur, margaritarum præstātiam usurpat, quare, in signæ mulieris, propria ornamenta esse apparent. Argenti quoq; excellētia, eoquod post aurū Sequitur. Cucurbita etiam, quoniam melonis effigiem dissimulat, & inter herbaceos fructus maxima est, humentes insuper uires effundit & aquam uehementer appetit, ex quo, spiritus lunares habere manifestat. Et Persica mala, eoquod post citria, principatum optinent, & ad lunæ formam orbiculata cum quadam ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

cellentia se offerunt, nam præclarum odōrem spi rant, iucundum saporem emittunt, & humoris copiam effundunt, quæ humentis lunæ uices ge runt. Et Cancer, propterea quod in aquosis locis uitam agit, lunaris quoq; figuræ, effigiem repre- sentat, & quemadmodum etiam luna per signife rum a solis uia oblique cœlum percurrit, ita can- cer, semper ad latus procedit, ex quo, lunares spi ritus aperte ducit. Cumq; Sol mares usurpat, lu- na mulieres ut habeat cōuenit. illa etiam ipsa lege, Regina, inter mulieres, lunæ maiestatem assumit. Cibum insuper, & potum, cibalemq; cumulum, & cibalis cumuli receptacula, eo quod ad cōmu- nem alimoniam pertinent, lunæ spiritus ducunt. lotium quoq;, cum uessica, disponunt, propterea quod humentia loca moderantur. Et pars etiam corporis læua, quoniam dextram sequitur, lunæ uires obtinet. Et sinister oculus, ex quo dextrum sectatur. Lunæ spiritus aperte ducit. Sudorem de niq;, luna gubernat, quoniam liquor est, & surgē tis aquæ similitudinem fert.

De saturno, caput, 23

HOrrifera saturni stella, ut experiētia probat, mouendi potestatem, in rebus obtundit, qua re, solis calores, & lunæ humores, uehementer oppugnat, iccirco potentissimum imperium re git, quapropter res corrumpit, & dextruit, unde,

maleficus author factus est, cuius effectus, Si quẽadmodum de sole, & luna, minutatim inuestigentur, secreta potestas quæ in rebus effusa pmanet, & quæ semper effunditur, inde elucebit. Ideo indomitus Adamas, propterea quod Carbũculum, & gemmas, cum duritie sua frangit, & corrumpit, proprioq; nitore, pellucet, & uibrat, cum quo Margaritam superat, potẽtissimi saturni, spiritus ducit. Et Plumbum possidet, quoniam cum mollitudine sua, Aurum uincit, & cum pondere proprio, Argẽtum præcellit, amborum quoq; fulgorem, cum liuiditate, & sorde, oppugnat. Letalis autem cicuta, malefici saturni spiritus effundit, eoquod mouendi libertatem aufert. flamina quoq;, & humores, pariter implicat, & glomerat, unde, calores extinguit, sensus destruit, & uitam perimit, quæ solis imperium ab humano corpore, uehementer expellunt, ac etiam lunæ domicilium, inde, penitus exterminant. Nux quoq; metel, saturnios spiritus, se habere, manifestat, quoniam pulsantem sanguinem congelat, ex quo uita extiguitur, quæ, Solis, & lunæ, maiestatem exterminant. Terribilis item Draco, huius impii tyrani spiritus, conducit, cum corporis magnitudine, tum quoniam uorax est & animantia destruit. Et Vlula auis, huiusmodi spiritus continere, non dubium est, propterea quod, solis lucem uehemẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

ter odit, in sepulcrisq; & desertis locis, uitam agit, ululatu quoq; suo, mortem portendit. Impius etiam Homo qui edacis liuoris rabie stimulatus in maleficiis semper uigilat, cauteq; homines decipere cõatur, hos teterrimos demonas possidere manifestat. Et quæcunq; facultas in mundo est, que cũ insidiis, nocendi uires habet, huius malefici tyrani imperium sequitur. Ad partitionem tamen hominis, cum hi spiritus concurrunt, atrũ humorem, atriq; humoris receptacula, & quid quid inde generatur assumunt, quoniam quãdo superat, spiritus tenebrosos effundit, mouendiq; agilitatem obtundit, quare, calores frenat, reficiendiq; potestatem excludit, & sæuas ægritudines, ac læsiones, inducere cõsueuit. Dextram insuper aurem, saturni malitia possidet, eoquod, malitiosi, & fraudulentes, cum summissos oculos, ad terram inclinant, aures erectas, & intentas, semp dirigunt, & etiam, quoniam dextra, maioris potentiæ est, in imperioq; solis locata, ut igit̃ cũ oculo competat, tyranice illam usurpat.

De marte, caput, 24

MArtis horribiles ignes, ut magistra rerum experientia ostendit, e radiorum conflictu, humores, uehementer incendit, ex quo lunæ uires dissipat, & destruit, quare, lucinæ imperium oppugnat, minorem igitur tyranidem exercet, quã

ſaturnus habet, Cuius uiolentia, Si cum facultate, ſolis, & lunæ, ponderetur, & cum aliis etiam con ferat, ut de ſole, & luna, enucleatum eſt, occulte uires, in aperto uenient. Lapis itaq; pirites, ſpiritus martiales effundit. nam ſi in manu is acriter aſtri ctus fuerit, ut hiſtoriæ ferunt, ignẽ adeo euomit, quod manus illam ſuſtinere non poteſt. Et Ferrum, martis imperium ſequitur, eoquod in bellicis iſtrumentis, principalis materia eſt Napellus itẽ, proptereaquod ſpiritus exurit, humores cor rumpit, & deſtruit, quare, uiolenter uitam exter minat Et Oleandri arbos, martialia flamina effun dit, quoniam, ſpiritus uehementer accendit. Hu mores comburit, & diſſipat, unde uitam cũ uio lentia deſtruit. Ignis præterea, martis principatũ repreſentat, eoquod animal eſt, uorax, & terribile, nam inconflictu atq; tritu partium generatur, indeq; uiuit, & creſcit, lunæq; humores uehemẽ ter oppugnat, diſſipat, & exterminat. Parili quo q; ſentẽtia, Furens homo qui cum impetu irruit, & nocet, & etiam quodcunq; uiolentum eſt, ea dem ratione, martis imperium ſequitur. Sed in partitione corporis humani, Fel, Felliſq; recepta cula, uſurpat, eoquod quando ſuperat, furores, et cõflictus, in ſpiritu, & incorpore, excitat, exquo, terribilia euenta, & in curſiones cum impetu, eue niunt. Siniſtram deniq; aurem impius mauors oc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

cupat, propterea quod, in maleficiis una cum saturno concurrit, ut igitur in domicilio lunæ cum oculo competat, tyranice illam usurpat.

De ioue, caput, 25

IOuis salutaris fulgor, ut experientia probat, moderate, spiritus excitat, unde temperatos calores in corpore procreat, ac felices humores ad usum uitæ ducit, quare, Solis, & lunæ, imperium fouet, maleficiq; saturni tyranidẽ oppugnat, Res igitur Salutares quæ in mũdo sunt, custodit, & dirigit, quapropter, Iouis beata facultas, Si cũ illa Solis, & lunæ, librata fuerit, & cum aliis etiam conferatur, tum inde mira potestas in apertum ueniet. Ex quo, saffirus, quoniam, non solum naturam humanam temperat, & aduersus uirulentorum impressiones illam corroborat, sed uenenosa animalia etiam interficit. Salutaris Iouis uires effundit. Et stagnum, propterea quod, argenti alborem secum ducit, & mollitudinem auri possidet, metallaq; pulcre dealbat, & decorat, Spiritus benefici iouis, continere, nobis aperit. Di/ctamus quoq;, eo quod mirifice uitam tuetur, & ueneni nocumenta de corpore expellit, flamina Iouis emittere, perspicuum est. Balsamus præterea, ex quo, pulsantem sanguinem mire custodit, uirulentorumq; euenta, ab humano corpore exterminat, cadauera etiã incorrupta seruat, iouis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

imperium sequitur. Et unicornis efficatia tam sa lutaris ut experientia probat, uirulentorum quo niam detrimenta dissoluit, iouis potestatem, aper te ducit. Vir item iustus, & beneficus, huius be nefici ducis, uices gerit. Demum quidquid in mundo est, quod bonum cum iustitia perficit, iouis maiestatem representat. Et quoniam, Solis, & lunæ, imperium fouet, ex ignauo sanguine subsidium quod fit, ignauiq; sanguinis receptacu la, iecur, carnes, & pinguedinem, Iouis frugalitas assumit.

De uenere, caput, 26

VEneris suauissima lux, ut experientia osten dit, temperiem iouis, & lunæ humorem, in sequitur, ideo, calores leniter excitat, & liquores remisse dirigit, exquo, uitæ iocunditatem affert, & martis furorem lenit, ac temperat, Hinc, quæ cunq; lenia, & iucunda sunt, a uenere, suauitatem ducunt, cum sole igitur, & luna, Si ueneris affica cia ponderetur, & cum aliis etiam conferatur, se creta potestas, palá inde emerget, quare, Grata Smaragdus, quoniam margaritarum iucundita tem, & saffiri beatas uires, insequitur, spiritusq; suaues reddit, placidæ ueneris lucem uibrat. Et quoniam, es, argentum, & stagnum, comitatur, placideq; cum illis commiscetur, ueneris domici lium sustinet. Verbenaca etiam, propterea quod,

ſpiritus, & humores, aduerſus uenena roborat, animumq; lenem, & amenum, conciliat, corpo raq; delicata reddit, placidæ ueneris, flamina, mi niſtrat. Lilium quoq;, eoquod, ſuauitate odoris, triſtem animum delinit, & recreat, naturamq; a ueneno defendit, tranquillæ ueneris, dominium, repreſentat. Et liguſtra, quoniam, ſuauiter ſpirát, iucundeq; délectant, & uirus aſperitatem diſſolu unt, ſpiritus beneficæ ueneris, effundunt. Colum ba inſuper, exquo, mitis eſt, & iucunde uiuit, ue-neris efficaciam, poſſidet. Tenera quoq; Iuuencu la, proptereaquod, e dulci lacte ueſcitur, delicate q; uiuit, & læta, per uirentes campos, inter ame-nos flores, placide uagatur, ueneris domicilium, repreſentat. Et placida Mulier, exquo, iocũde ad procreationem concitat, Veneris uicaria, facta eſt. In partitione uero corporis humani, ſenſuum de lectamenta, aſſumit, eadẽ quoq; ratione, ſemen, & ſeminaria loca, moderatur.

De mercurio, caput, 27

MErcurii autem ſacula, eoquod, nunquam a ſole longius quam unius ſigni interuallo diſcedit, neceſſario cum affluente luce magni lu minaris perpetuo ſe immiſcet, quare, uniuerſalẽ naturam inde trahit, qui quoniam in hoc proceſ ſu, alliquando orientem uerſus progreditur, non unquam ad occaſũ propendens uagatur, hinc ad

ſeptem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

ſeptemtrionem ſe ſubleuat, aut ad auſtri plagam lapſa deprimitur, uaria lineamenta in ſuperficie circum circa ſolem deſignare apparet, uniuerſalem ſuperficiem uſurpat, figuras etiam & colores differentes, regit, Res quoq; furtiuas aſſumit, quoniam ut plurimum occulte uagatur, & abſcondi tas diuulgat, eoquod tectus radiat, Vnde ſuperficierum omnium, & multiformis rerum apparatus ſibi uendicat, artificia tandem, & ingenia quæcunq; fiunt, operoſa mercurii lux dirigit, quæ quoniam ad ſignorum conuenientiam, & ad ſtellarum reſpectum uariant, uariam & inſtabilem naturam inde ducit, quod Si ut de ſole, & luna, explanatum eſt, huius conuenientia decernatur, maxima naturæ arcana elucebunt, ideo quecunq; gēma eſt, quæ colorum uarietate, aut cum lineamentis a natura deſignata apparet, ſpiritus mercurii natura poſſidet. Argentum quippe uiuum eoquod cum auro facile commiſcetur, inſtabilemq; naturam ducit, uariis etiam cum ingeniis, ad uarios effectus paratur, mercurii flamina ſe habere oſtendit. Et Polipodium, quoniā inſuperficie ſemper adhæret, ac undiq; laterum ſerpit, exquo uarie effigiem adumbrat, humorem præterea per aluum Soluit, quæ quidem non aliunde niſi a dedala mercurii opera perfici poſſunt, res. n. uariatas & inſtabiles reddit. Edera etiam huic domicilio ſubiacet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

nam ut apparet, e ramulorum & corimborum, uario contextu, parietes, ac truncos undequaq; sepit, mirificeq; uestit, mentem etiam turbat, menstruum fluorem prouocat, cuius gummi, lotium excitat, & calculum frangit. Et Simia, ex quo similia membra cum homine possidet, gesticulatrix etiam scrupulosissima est, quæquidem a sole mercurius rapit, spiritus mercuriales habere manifestat. Garulæ quoq; aues quæ humanam uocẽ exprimũt, mercurii spiritus, eadem ratione, manifesto possidẽt. Et scenicos homines, eadẽ lege, mercurius dirigit. Pictores etiam, scriptores, & artifices quoscunq;, regit. In partitione autem corporis humani, totam superficiẽ, spiritus mercurii assumunt, eoquod e neruorum uillis, ramulorumq; arteriarum, & uenarum, mirifice cõtexta est. Deniq;, spiritus animales, unde sensus, & discursus constat, & neruos, quibus uoluntarii motus perficiuntur, mercurii solertia gubernat, nam omnis industria quæ ad usum uitæ pertinet, hinc pendet, quare, manus, pedes, & linguam, mercurii potestas exercet.

De capite draconis, caput, 28

DRaconis uero caput, propterea quod in signifero illa pars est, in qua cum erro peruenit, ultraue progreditur, a uia solis, septemtrionẽ uersus, suos incessus, passim dilatat, & longiuscu

los radios, ordinatim extẽdẽdo procedit, ũde res dilatat, eleuat, longiſcit, & auget, ideo quidquid in mundo eſt, quod talem conuenientiam ſeruat, ab hac affluentia, poteſtatem ducit. quapropter, columnarum apparatus uſurpat, in altum quoniam ſe eleuat, & erecta ſuſtinet. Arborum etiam truncos poſſidet, exquo ſubleuati & erecti eminent. Et arborum ramos dirigit, proptereaquod ordinatim ſe dilatant. Eadem ratione, quæcunq; glutinoſa ſunt, gubernat, partes namq; una coniungunt, quare, in rebus accretionem præſtant. Parili quoq; ſententia, catenas, & ligamenta omnia cuſtodit. Et ſcala etiam, exquo, ad altiora, ordinatim, ſcandere facit. Et erecta pinus, quoniã, procera eſt, & ut ſcala adoleſcit. Et dromedus, propterea quod crura ualde longa poſſidet, unde paſſus uehementer extendit. In partitione autẽ corporis humani, oſſa poſſidet, eoquod membra eleuata ſuſtinet. Ligamenta etiam cuſtodit, proptereaquod particulas una coniungit. Frontem præterea, & una cum naſo, ſupercilia, caput draconis, gubernat, quoniam ſupra naſi columnam, fundata ſunt.

De cauda draconis, caput, 29

DRaconis autem cauda, exquo, capiti oppoſita eſt, oppoſitas uires, habere conuenit, iccirco res ordinati deprimit, extenuat, & diminuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

quapropter quidquid in mundo est, quod consi miles proprietates ducit, hos spiritus habere ma nifestat. Quare, omne putridum, exquo partes in eo separantur, ordinatimq; dissoluuntur, diminu untur, & extenuantur, cauda draconis gubernat. Infima etiam, & depressa, quæcunq; sunt, eadem lege, cauda, imperat. Ideo portæ limen, limina ria, & omnia quæ pedibus calcantur, caudæ dra conis uices gerũt. Hinc prostrata arbos huiusmo di domicilii palam est. Et præcipitium, eoquod ad ruinam ducit. Et quodcunq; reptile, quoniam super terram depressus incedit, & serpit. Similiter animalis cauda, deorsum .n semper tendit. Et plã tæ pedum, exquo, nullibi inferius quam ibi ali quid deprimi potest. impartitione tãdem corpo ris humani, sordes, & feces, hi spiritus custodi unt, propterea quod, a corruptela deprauate uiles cunt.

De stellis fixis & uagis insimul, cap, 30

STellæ præterea fixæ exquo illum ipsum situm & lumen, perpetuo seruant, illum ipsum effe ctum, perpetuo influunt, quare, illam ipsam effi giem, in his inferioribus, perpetuo tractant, qui uero illam ipsam effigiem in rebus perpetuo tra ctant, rerum species sunt, Rerum igitur species, stellæ fixe, esse apparent, quæ quoniam per singu la multiplicata cõstant, per distincta euenta, diffe

rentias ducunt. At euenta, quoniam in rebus, ab
estra eueniunt, accedentes motores ut habeant,
conuenit, Accedentes autem motores, ut experi
entia docet, uage stelle sunt, perpetuo. n. cursu,
per duodecim signa quæ totum cœlum sustinēt,
hinc indeue errantes procedunt, exquo, euenta
in rebus manifesto ducunt, & quoniam uariatis
modis interse, & cum fixis, commiscentur, uaria
tis modis etiam, singula uariant, & multiplicant,
Vt littere, in uoce, uel inscripto, aperte indicant,
e quarum uariatione, tantorum uerborum speci
es, persingula multiplicata emergūt, quapropter
errantium flamina quando cum fixarum spiriti
bus concurrunt, naturam simul necessario com
ponunt, unde composita potestas in rebus influ-
it, quæ uariatis modis multiplicata, Singula mul
tiplicare cōuenit, eoquod, cœlitum unumquod
q;, naturam suam, & uires, cum proprio lumine
sustinet, quam bonam, uel malam, aut bonam &
malam insimul, esse conuenit. Bona igitur uaga,
Si cum bona fixa, uires componit, bonum quem
inuenit, cum suo bono adiungit, quare, compo
situm quod huiusmodi est, bonam naturam, ex
utraq; parte, representat, Vt Si cum dulce, dulcē,
quis admiscet, quod inde compositum est, dul
cem saporem habere, inuenit. Quod Si malus
planeta, cum fixa mala, una cōcurrit, malū quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

reperit, cum malo suo, coniungit, exquo, malum exutraq; parte, in composito est, ut Si amarum, cum acerbo, quis componit, quod inde compositum est, miscellum saporem habere discernet. Benefica rursum uaga, Si cum fixa, malefica, iungitur, eoquod malum inuenit, e sociali conuenientia, malum inde acquirit, quare, bonum & malũ simul inde fluit, Vt Si cum dulce, amarum quis apponit, e dulci & amaro, miscellaneum saporem, sentiet. Bona rursum uaga magna, Si cum fixa magna & benefica, se adiungit, magnum bonum geminat, & influit. Et maleficus erro magnus, Si cum fixa mala & magna, societaté agit, malitiam duplicat, quam operatur. Ampla uero benefica uaga, Si cum uasta malefica fixa, coniũgitur, magnum bonũ, cum magno malo, simul esse, cogit, coniunctumq; inde, una influit. Quod Si magnus planeta beneficus, cum fixa mala & pusilla, commercium habet, amplum beneficiũ, cum tenui maleficio, componit, & exercet. Et errans benefica magna, si cũ pluribus fixis magnis & maleficis, componitur, cum bono suo, abundans malum, una torquet, & tractat. Quapropter, Si reliqua ut conuenit, quis alternet, magná turbam constituet, eo quod singula designata, inde emergent, Vt artificis experientia, nobis apit, manifesto, n. cum eadem forma, ex una materia.

pariles effigies exprimit, ac multiplicat, qui po
ftea, e colorum uarietate, diffimili ordine, fingu
lam, a fingula, adumbrat, & populum conftruit.
Vt igitur apparet, errantium natura, quæ perpe
tuo curfu, in rebus influit, quidquid fixæ impri-
munt, & procreant, inficit, & uariat, Vnde, inter
homines, multiformis, euenta incurrunt, Hinc
Fœlices alii funt, & alii, infœlicem uitam ducũt,
non nulli, bonum imperfectum, habent, & com
plures, malum cum impedimento, fuftinent. Et
non pauci uidentur, qui, bonum aliquando, &
aliquando, malum tollerant, aut, bonum & ma
lum una fufferunt. Quæquidem omnia, fine
propria difpofitione particularum, effe non pof
funt, eoquod, propria difpofitio particularum,
bonam, uel malam digeftionem fuftinet, bona
autem & mala digeftio, ut in prænotatis enuclea
tum eft, e cibali fucco, aliter, & aliter temperato,
euenit, ideo, qua lege, a planetis difponi confue-
uit, Vt diuina bonitas mihi afflabit, nunc, ad lucẽ
ducere curabo.

Qua lege, per faliuam, planetæ, digeftio nem gubernant, caput, 31

SAliua, ut apparet, de fublingua oritur, quare,
cum cibo, & potu, neceffario, conmifcetur,
quæ, e uaria planetarum conuenientia, uarios ap
paratus affert, exquo digeftio differentias acqui-

rit,& in particulis,bonum, uel malum, accedit, Nam si multa est,& a dextra regione linguæ, magis influit,affluentiæ magnificienciam,a sole, ducit. Siquidem a sinistra, maior copia concurrit, emulantis lunæ,uires exercet.Si uero,saliua,undiq;,moderate fluit,a ioue,temperantiam possidet. Quod, Si plusculum dextra pars immittit, capitis draconis Potestatem fert. Sed,Si sinistra hoc perficit,placidæ ueneris,iucunditatem habet. Et si dextra aliquando,& aliquando sinistra, paulo plus,fundit,mercurii solertiam,repræsentat. Saliua autem quæ cum penuria est,Si cum dextra, sinistra etiam pariter influit, Saturni malitiam Seruat. Quod Si dextra plusculum exprimit,furentis martis,uiolētiam ducit. Cumq; Sinistra hoc agit, caudæ draconis,angustias fert.

De potestate sapientis, caput, 32

POstea quam natura hec ita sunt, uir qui Sapiens est,diuina gratia afflatus,cum discursu, & artis usu,magnificos effectus,ad usum uitæ,ducere comprehendit,eoquod bonum accrescere nouit, & malum etiam temperare discernit, quod, Si nocens tenue est,penitus illud confundere,animaduertit. Hoc autem absurdum & incredibile esse, complurimi coniciunt, proptereaquod, artis effectus,tante magnificentiæ est,et tam mirificus apparet,quod nisiquis uiderit, effectū esse

artis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

artis, credere non potest, Nam accensa candela, effectus artis est, Si per obscuram noctem, supra montem aliquem, eleuata manu, transportatur, fulgenté stellam, per terram ambulare, mirifice repræsentat. Velisera quoq;, & remita nauis, inexpertis, mirabilem auem esse, designat. Et bombardæ fulmen, cœleste tonitruum, mirabiliter exprimit. Scripturæ præterea usus, rerum memoriam perennem, mirifice seruat. Indomitus etiam adamas, nullis ictibus cedit, ars tamen, adamantem, cum adamante, cogit, & ut uult, illum format. Simili ratione ferrum, at humana ars, ferrum cum ferro, quoquomodo formare appetit, parat. Hac eadem norma, cœlestia, cum cœlestibus, humana sapientia, ad usum uitæ ducit, & perficit. quapropter, frugi & sancti uiri, diuino numine afflati, contra cœlitum impetum, uariatis modis, armatos, nos constituerunt, Sancti namq;, diuinas & sanctas leges, inter homines, duxere, At ingenio præditi, frugi uiri, scientiarum naturalium, et artium species diuersas, perscrutati sunt, quibus, homines, ad usum uitæ, quæcunq; commoda sūt, inter se pararent, & uicissim benefici forent, ut omnes, bene meriti, postea euaderent. Eoquod, beneficus, stellarum bonam affluentiam, & spiritus bonos, secum ducit, quos, possidet, mouet, & influit, quibus, malos temperat, & frenat, quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

admodũ cum dulcedine, amaror temperatur. Reus quoq; cum hac eadem lege concurrit, malam namq; naturam secum trahit, quare aduersa flamina spirat, quibus beneficos torquet, & deprimit, ut de amaritudine apparet, quæ, dulcedinem inficit, & corrumpit, Socialis namq; conuenientia hoc agit, quare, e sociali conuenientia omnia procreantur, & ut apparent, fiunt, Hinc, ars, naturam imitatur, ideo, res componit, miscet, & mirificos effectus inde ducit, Eoquod quæ cum sale miscet, salsedinem acquirunt, continuato quoq; usu, magis salsa fiunt, unde, salsuginem postea undiq; effundunt. Et quæ cum aceto componit, acetosum saporem usurpant, & profundunt. Cum melle uero mista, dulcescunt, & dulciflua, inde efficiuntur. Ita deniq;, beneficarum usus, e sociali conuenientia, ad prosperitatem ducit, Maleficarum quoq; consuetudo, nocumenta, & aduersitates trahit, Ideo, qui fortunam prosperã nactus est, Si rerum beneficarum, cõsuetudinem tractat, usu, bonam fortunã suam accrescit. Et qui infœlix natura fuerit, Si rerum maleficarum, familiaritatem sequitur, exercitatione, infœlicitatem suã, aperte adauget, Fausta rursum conditio, Si nocẽdi usum facit, proprio instituto, fortunam suam, deprimit. Et calamitosus, Si benefaciendi, operã dabit, incommoda sua, continuo labore, temper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

at,eoquod beneficarii spiritus, beneficum suum, cum fixa a qua pendet,amice conciliat,beneficii etenim consensu,ipse intermedius permanet, Et stella,exquo multiformis est,suos conformes,& beneficum suum,benefice,sociat. e rebus igitur illa quæ cum fixa magis conuenit, ab illo benefi cio,magis afficitur, & quæ minus congruit, pro merito,minus complectitur,ideo, beneficus, Si beneficii meritum,a beneficario non inuenit, ab aliis tamen rebus,stellæ subiectis, consonum de prehendet. quare,prospera quedam,a re inopina ta euenire,persepe,consueuerunt. At malefici iu dicium,cum incommodis, & pœnis,a parili con uenientia,trahitur, quoniam afflicti animus, pro ptereaquod,cum spiritibus flammiuomæ guber natricis,conuenit,uexationem suam,& uexanté, cum illa,odiose coniungit,illa uero,exquo,multi tudinem & popolum formarum sustinet,afflicto eis odium,cum illis,participat,Si igitur afflictor, ab afflicto,danni pœnam fugit,supplicium tamé patrati sceleris,a re conforme,euitare non potest, Hinc uaria euenta,& mala repente nata,nullo de fensore obuio,inter homines, euenire apparent. Vnde, Solus homo inter animantia, prosperam fortunam accrescere, & aduersam, cum operi bus temperare,animaduertit,quoniam cœlitum colonias, ut apertum est, peruaria membra loca

tas possidet, quas, cum operibus, excitat, subleuat & multiplicat, obtundit, deprimit, & extenuat. Etenim, qui cum iustitia, in rebus agendis, usum facit, benefici iouis, afflatus excitat, & maleficos obtundit. Et qui placide, clementer, & tranquille, uitam agit, beneficæ ueneris, uicarius euadit, furentiaq; flamina eneruat. Splendidus autem & magnificus, Solis affluentiam tractat, exquo, miseriæ spiritus expellit. Et qui uiuendi alimoniam copiosæ parat, affluentis lunæ spiritus, magnifice ducit, & maleficos penuriæ destruit Simili quoq; ratione, qui ad ingeniosas res, animum, studiose, applicat, Solertis mercurii, spiritus perspicaces, ad se allicit, quare, ignauos, & inertes, conculcat, & extenuat. Et liuidus, inuidus, & maleuolus, saturni spiritus nequissimos assumit. Indeq;, benesicos affligit, & expellit. Ferus item, arrogans, & infestus, furentis martis, satelles efficitur, exquo, placida & læta flamina, turbat, & corrumpit. Homo igitur cum suis operibus, stellarum quoscunq; spiritus, excitare, & deprimere, potestatem habet, unde, qui sapiens est, illorum uires, ad usum uitæ, exercere nouit. Quæquidem omnia, Si articulatim, & magis distincte, quis, noscere cupit, mirabilium naturæ humanæ, naturalia fundamenta, nunc discernit, diligenter illa querat, & multa quæ in tenebris occulta iacent, secretoq; sunt, ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

usum uitæ profectum ferentes, proprio labore inueniet, quod Si dabitur commodum, hæc, & alia, perficiam, Ex quo, ut conuenit, summo deo, gratias ago, & huic operi finem impono. Vnde solertes, nunc primum, me duce, ueritatem, ad lucem, spectare incipient.

FINIS.

CVM GRATIA.

Impressum Venetiis per Bernardinum de Vianis de Lexona Vercellensem, Anno domini. M.D.XXXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

CORPVS HVMANVM, INTVS, ET

EXTRA, ITA, CONTINVO

CVM PRAELIO, VITAM DVCIT,

CECIS PICTVRA
INGRATA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

Hæc quæ in impressione corrupta fuere, ita legenda sunt.

pagina 4, uersu 13, ingressuq;.
pagina 7, uersu 22, succum.
pagina 7, uersu 33, e superna regione.
pagina 9, uersu 37, fractam.
pagina 11, uersu 11, nonnunquam.
pagina 11, uersu 18, secum.
pagina 11, uersu 27, facilem.
pagina 14, uersu 37, consumptæ.
pagina 18, uersu 7, inducere.
pagina 23, uersu 29, regione.
pagina 24, uersu 1, hebescit.
pagina 14, uersu 20, deueniunt.
pagina 24, uersu 45, ab impetu libere.
pagina 24, uersu 46, proprium.
pagina 25, uersu 23, temporarie.
pagina 25, uersu 46, sociatas.
pagina 27, uersu 21, uariant.
pagina 28, uersu 19, nonnunquam.
pagina 29, uersu 19, per singula multiplicata.
pagina 34, uersu 23, exterminat.
pagina 36, uersu 16, iucunditatem.
pagina 36, uersu 42, iucunde.
pagina 36, uersu 53, aliquando.
pagina 36, nersu 54, nonnunquam.
pagina 40, uersu 52, coniiciunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A

s' Hall. Previous File No.................................... Full File No. ....

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2386/A